nia illa falso a maleuolis irrogata, ueros errores corrigeret, Eique in tenebris aberranti (ut q̃tum exorbitasset a tramite ueritatis contueri posset) ceu splendidissimũ iubar illucesceret, prius enim & glorie cupidus, & amore uano succensus mulie bribusq; illecebris commotos fuerat, fœminarum quippe plurimæ ob uenustatẽ, corporis orisq; gratiam. cui doctrina amplæq; diuitiæ, & generis nobilitas accedebant, in eius amorem exarserunt, ab quarum studio non abhorrens, parumper uia uitæ posthabita in delicias defluxerat. Verum simultate illa experrectus diffluentem luxu animum, retudit & conuertit ad Christum, Atq; fœmina blandimenta, in supernæ patriæ gaudia, commutauit, neglectaq; aura gloriosæ, quam affectauerat dei gloriam & ecclesiæ utilitatem tota cepit mente perquirere, adeoq; mores cõponere, ut posthac uel inimico iudice comprobari posset. Cumq; de ipso gloriosa statim fama, & per uicinas & per remotas oras uolitare occepisset, plures ex philosophis, qui eruditissimi habebantur, ad eum tanquam ad mercaturam bonarum artium (ut inquit Cicero) confluebant, uel ob commouenda litteraria certamina uel quibus inerat rectior mentis sententia, ad audienda retinendaq; recte uiuẽdi salubria dogmata, quæ tanto magis expetabantur, quanto ab homine doctissimo & pariter nobilissimo profluebant, qui quandoq; deuios mollitudinis uoluptariæ anfractus sectatus fuerat. Videntur enim ad disciplinam morum auditorum mentibus inferendam ea plurimum habere momenti, quæ & suapte natura sint bona, & a præceptore conuerso ad iustitiæ semitas, ex distorto, & obliquo libidinum calle, profitcantur. Elegiaco carmine amores luserat, quos quinq; exaratos libris, religionis causa, ignibus tradidit. Multa itidem Rhithmis lusit hetruscis quæ pari causa par ignis absumpsit. Sacras deinde litteras ardentissimo studio complexus, statim in templo dei, ceu frugum primitias, octauum tunc & uigesimum annum agens, de operibus sex dierum Geneseos & die quietis heptaplum obtulit, Opus quippe & perfectum ingenio, & elaboratum industria, cum sublimibus philosophorum dogmatis, tum profundissimis nostræ christianæ theologiæ mysteriis, refertissimum, Septemplicique uaria enarratione connexum, septemnario capitum numero cuilibet septemnæ expositioni conserto libri nomini maxime quadrans. Quod tamen ob erutas e naturæ gremio res & difficiles diuinarum quæstionum euolutiones, Atq; ob prophetæ reconditissima sensa sermonisq; elegantiam, non se passim philosophiæ & eloquentiæ, rudibus offert, Sed pretiosæ illius, & raræ supellectilis usus paucis paratur, quod & ipse animaduertens, in eiusdem procemii calce mentiõem de hac re, non illepidam fecit. Cum primum sacras degustauit litteras, non tãtum ueram sapientiam, sed & ueram eloquentiam, inuenisse lętabundas exultabat. Multaq; ut omittam ab eo testamenti noui allata præconia, Pauli epistolas oratorum omnium scriptionibus eloquentia præstare dicebat, Tullii etiam ipsius, Demosthenisq; primiari (ut inquit ille) dicendi, artificis lucubrationes nominatim citans, non quod essent, ut illæ calamistris inustæ, & corrasis undique fucis, & cincinnis constipatę, Sed ut ueram, solidam, & redolerent, & saperent eloquentiam, ueris sententiis, uera arte suffultam, Essentq;, ut dicam breuius ægyptiorum opibus non consulto sufsarcinatæ. Omnia porro ueteris legis eloquia consumatissimæ scientiæ & sapientię plena prædicabat, quod & si cum alii, tum Augustinus, in libro de doctrina christiana luculenter ostẽderit, Septimiusq; Tertulianus, Eusebius Pamphili & Cassio,

Cõuersio ai ad deũ

Cicero

Exusta amatoria carmina

Studiũ litterarũ sacrarũ

Quid de sacris litteris pronunciant

Pauli epistolæ.

Eloquia legis ueteris.

August.

Quo anno uitesit mortuus

perat opeꝝ quæq; inchoauerat maturabat editionẽ. Sed. M.cccc.Lxxxxiiii. anno redẽptionis nŕæ. Dũ ipse ſcdm & trigeſimũ ætatis annũ ĩpleret, Florentiæq; moraretur, inſidioſiſſima correptus ẽ febre, quæ adeo ĩ humores & uiſcera graſſata eſt, ut nullũ non medicamẽtoꝝ genus adhibitũ contẽpſerit, eũq; oĩno naturæ ſatiſfacere intra tertium decimũ diẽ coegerit. Sed queadmodũ in ĩfirmitate ſe geſſerit, licet eo tpe ab eo ꝑcul oẽm, narrare tñ non deſinam, quæ ab grauiſſimis teſtibus, q adeo

Qualiter ĩ infirmitate ſe geſſerit.

rant acceperint. Quale illud cũ poſt ſumptũ euchariſtiæ ſacrm̃. Sigillum ei crucifixi Chriſti offerret, ut inde plenos amoris hauſtus ob ineffabilis illius paſſionis noſtræ ſalutis gr̃a memoriã, priuſq̃ exalaret aĩam, ſumere poſſet fortiſſimum dumtaxat aduerſus quæcũq; aduerſa, munimẽ ualidiſsimumq; contra iniquos dæmones, ꝓpugnaculum. Interrogatiq; mox ſeniori. An firmiter crederet uerã eſse illã dei uerĩ, ueriq; hoĩs imaginẽ, qui qua deus eſt ante tẽpus, & æuum ab ipſo patre deo, cui æqualis in oĩbus genitus eẽt, deq; ſpũ ſancto, qui & deus eſt ab ipſoq; & p̃re, quæ tria unũ ſunt coeterne manẽte in utero Mariæ ſemp uirginis, cõceptus eẽt in tpe, qui famẽ qui ſitim, qui labores, æſtus, uigilias ꝑpeſsus eẽt, q dæmum ꝓ contractis ab adæ ſemine ſordibus nr̃is abluẽdis, ꝑque reſeranda ianua cœli maxima, qua genus humanũ charitate cõplectabaẽ ꝑcioſiſsimum ſanguinẽ, & ſponte & libẽtiſsime ĩ ara crucis effudiſset, cæteraq; id genus recenſeri quoq; ſolita. Nõ modo ſe credere,

Chriſtiãi hoĩs finis laudãdus narratur.

Dei imago

ſed & certum eẽ rñderit, & itẽ illud cũ Alberto pio ſororis filio, quẽ noĩauimus iter huius uitæ initia, iuueni, & ingenio, & bonaꝝ artium ſtudiis & moribus conſpicuo eadẽ rõne qua Alex. ex aphrodiſiade, & Themiſtius ĩ auſculatorioꝝ libroꝝ pœmio fortitudinẽ e phyſicis contẽplationibus ſumi cõtra mortis metum declarauit quam mox ſnĩam uſurpauit Auerrois conanti inquam Alberto mortis confinia reddeẽ placabiliora, in hunc modum uerba reddiderit. Nõ illa dũtaxat rõne pacari aium, non ſinẽ mortis cruciatibus poni, ſed hac potiſsimũ q; dei ſui offẽſis termians iam poneret, qñ breuiuſculũ uitæ eius tẽpus, crebriores in deum offẽſas, non contẽtuꝝ arbitrareẽ. & illud ꝑterea quando pluribus ex ꝑdicatoꝝ collegio ꝓbatiſsimis teſtib⁹

Albertus pius

Alexãder ex aphrodiſiade

Themi.

Auerrois

& Alberto ipſo paulo ante citato reuelauerit. Cæli reginam ad ſe nocte aduẽtaſse miro fragrantẽ odore, mẽbraq; omnia febre illa contuſa, contractaq; refouiſse, ſeq; morti oĩno non cõceſsuꝝ ꝓmiſiſse. Hilari placidoq; ore ĩ ſtrato, dum ægrotaret, iacuiſse compertũ eſt. Atq; ĩter mortis aculeos quos ſuſtinebat, quaſi cœlos ſibi patefactos cerneret loq ſolitum, ſalutanteſq; oẽs & opam ſuam, ut moris eſt, pollicẽtes blandiſsimo ab eo ſermone & receptos & exoculatos. Ab ſeruis itẽ oĩbus, ſi cui moleſtus forte fuiſset, ignoſci ſibi poſtulaſse certiores facti ſumus quib⁹ ante acto anno teſtamẽto cauerat. Victũ aliis, & tegmẽtum, dum uiuerẽt aliis pecunias ꝓ meritis erogari. Hæredes Florentini xenodochei paupes inſtituit, eoꝝ duntaxat, quæ moueri nõ poterant, Mobiliũ uero Antoniũ mariã fratrem. Quãta uero moleſtia

Cæli reginam ad ægeotãtẽ nocte accesſiſſe.

eius obitus infimos, & ſũmos oĩum gradus affecerit, teſtes ſunt italiæ princeps, urbes & populi. Teſtes hi reges, quos ſupra citauimus. Teſtis iteꝝ Caroli galliaꝝ regis benignitas & gr̃a, ſilẽtio nõ prætereũda, Cui cũ Florentiam aduẽtanti, ut inde Romã peteret, Neapolitanũ regnũ expugnaturus, graui eum laborare ægritudine nunciatũ fuiſſet. Duos ſtatim medicos ad eũ legatoꝝ etiã nõ fungẽtes officio, uiſitatũ & opitulatũ, ipſe tranſmiſerit, l̃faſq; quas & uidimus & legimus ꝓpria ſubſcriptas manu dedit plenas & hũmanitatis & earum pollicitationum, quas & ma-

Obitum eius oẽs grad⁹ hominũ moleſtia affeciſſe.

gnanimi regis beniuolentissimus aius,& præclare uirtutes ægrotātis exigebant. Ei qppe tum fama notissimus erat,tū quadam familiaritate cōiunctus, Nam ab eo in galliis dū parisios inuiseret,honorifice exceptus fuerat.n. uero q eu m dum uixit to ti orbi ,& multis sæculis admirandum præstitit.ita eius obitū nō minus celebrē & inauditū celebrari decreuit,quo circa ea in pñtiarū referenda puto,quę meis aurib9 hausi,dum Florentiæ quo illius infirmitate pcepta, licet nō tēpestatiue me contule ram,in æde sacra,quæ sanctæ reparatæ dr Hieronymū sauonarolam Ferrariensem ex prædicatorū ordine,uirū & theologiæ consultissimum,& præclarissimum , fama/ tissimūq; sanctimonia,sacras habentē & florentinū populū cōciones,audirem. Sed prius sacrarū litterarū ignaros,Apulei uerbis.admonere consilium est. Ne crassit au ribus,& obstinato corde,ea putent mendacia, quæ auditu noua, uel uisu rudia,uel certe supra captū cogitatiōis ardua uideant, quæ si paulo altius explorauerint non mō cōpertū euidētia,Verū etiam factu facillima sentient . Is igit e pulpito declami tans,quæ sum dicturus cunctis q aderant insinuauit. Arcanum tibi o Florentia pā dendū est,qd equidē ita uerū est q ,puerbiū illud apud te frequens Ioānis euange liū,Subticuissem pfecto.Sed ad dicendum cōpellor,& q mihi præcipere potest,ut hæc palam facerē iperauit.Neminē porro uestrū puto fuisse,q Ioannem Picum Mi randulā non nouerit,magnis ille a deo beneficiis,magnisq; gratiis cumulatus mul tifariaq; præditus disciplina fuerat, nulli forte mortaliū tam celebre obtigit ingeni um,Magnam in eo iacturā fecit ecclesia.Arbitrarer si diutius ei uitæ spatiū proga tum fuisset,cūctos q octingētis ab hinc annis decessere,ob discriptionū monumen ta,quæ reliqsset excelluisse,hic mecū obuersari solitus erat secreta palam facere ex qbus nouerā iternis eū locutionibus a deo ad religionē citari,unde afflatibus hisce obseq cupiēs,non semel obtēperare ppsuerat.Verum diuinis beneficiis male gra tus uel absensibus uocatus derractabat labores(delicatæ qppe tēperaturæ fuerat) uel arbitratus,eius opera religionē idigere differebat ad tēpus hoc tñ non ut uerū, sed ut a me cōiectatū,& præsumptū dixerim. Ob id duobus ei annis flagellū inter minatus sum,si opus qd ei deus patrandū ppsuerat,negligētes exequeret. Roga bam fateor deum identidē,ut cæsus aliquantulū,uiā quæ ex alto eidē ostēsa fuerat tandem capesseret. Non hoc quæsiui,quo pculsus est nō hoc putauerā ad id deo de cretū fuit. Vt uitā hanc relinqueret,præclaræq; coronæ i cœlis præparatæ ptē amit teret famāq;,& nois celebritatē,quæ ad summū cumulū,si uixisset,fuerat habitur9, ad plenū non assequeret. Verū benignissimus iudex clemētissime erga ipsum se ha buit. At ob elemosinas largas & effusissima manu pauperibus elargitas,& orōnes quæ ad deū istantissime effusæ sunt,effectū ē,ut nec eius aia sinu prīs adhuc super cælos exultet.nec ad iferos deputata perpetuis tormētis crucietur. Sed purgatorio igni ad tempus mancipata tēporarias pœnas luat.qd I hac parte libētissime dixeri ut q eū nouerūt,&hi potissimū,q eius bñficiis cumulatis fuere suffragiis adiuuēt. Hæc & plura alia uir dei clara uoce asseuerauit . Sed addēs nō latuisse,ob mēdacia eiusmōi,si q miscerent,uerbi dei præcones dignos effici , de qbus æternū sumeret supplicium,nec ñ adiiciēs dieb9 aliquot,hæc sibi iuniuersum fuisse cōpta.Sed pp uer ba q uriginē dixisse si ægrotus affirmauerat , nutabundus stetisse formidasseq; diu, ne ille dæmonū opa fuisset illusus, qñ ob eius mortē uirgis pollicitatio frustraret . Verūtñ Inotuisse sibi defunctū,æquocatione mortis deceptū. Cū illa de secunda &

Apuleius uerba fratris Hie.

Elemosinæ

Status animæ

Duplex mors

æterna locuta fuiſſet, Hic de prima & tẽporaria credidiſſet, quod ſi qs dixerit homĩnem hunc uel hypocriſi fuiſſe mentitũ, uel fantaſmatis ludificatũ, uel dæmonum præſtigiis circũuentũ. Is niſi aut male de fide ſentiens, aut mẽtis emotæ ſit, fateať neceſſe ẽ, deũ multifarie fœlicitatẽ eo℞ miſeriãq; qui aĩam effudiſſent uiuentibus & reuelaſſe iam, & reuelare poſſe. Eadẽq; tpis & ſpatio, eos quib⁹ hęc palã fiũt certiores reddere, ſe a nõ uiſis, aut ſpectris illudi, ſed uera eẽ, quæ aut mente, aut oculis cernant & uideant. Tantæ uero & doctrinæ & auctoritatis uirum tantæ ꝓbitatis & prudentiæ, quo℞ in Ariſt. phiam, cõpendiaria theoremata monitiones publicæ, præclariſſima interpretamẽta, in ſacra eloqa futuro℞ cõtingẽtium, ꝑdictiones quæ eueniſſe ad lineam, oĩs fere nouit Italia, ſanctiſſimaq; uitę cõſeruatio teſtatiſſimam pridẽ fecere fidẽ. i principe templo tã celebratæ urbis, hæc ut uera, ut inconcuſſa tenẽda, tot milibus hoĩum ueritate nõ cõperta ꝓnunciaſſe, nemo niſi maleuolus inficiabiť. Adde q; dũ nõ nihil ſup id negocii ſciſcitarer ui℞ qui ſermoni iterfuerat, adiiſſe concinatore audiui, ac eidem, ut ea plus hñt roboris, quæ uulgauerat rettuliſſe defunctũ uallatũ igne ſibi apparuiſſe, & profeſſum ĩgratitudinis ad huc pœnas dare. Quinetiã monacha quædam multis præclara uaticiniis, queq; ipſi dũ uiueret multa futura prædixit, quæ adamuſſim euenere, inter reliqua. Hoc unum protulit biennio anteq̃ e uita migraſſet, eũ lilio℞ tpe opera & hortatu fratris Hieronymi (de quo mẽtiõe fecim⁹) prædicato℞ frat℞ collegio ſe dicatu℞. Eadẽq; tẽpore Florentinam quandã famgliã (quã paciam nũcupant) tunc exulantẽ, ad patriam reditura cõplures ad quos hæc fama peruenerat, ſup hac lilio℞ nomẽclaratura demirabanť, lo q eam arbitrantes de uerno tpe quo lilia floreſcunt. Sed liliũ hoc gallia℞ regẽ extitiſſe cõpertũ eſt talibus utentẽ inſignib⁹ qui pridie q̃ ille religionẽ uouerat ita. n. uouerat anteq̃ moreretť, & quatriduo poſtq̃ extorris illa familia ſe cõtulit i urbẽ patriã, magno comitatu Florentiam ĩgreſſus eſt, iter p etruriam faciens neapolitanũ regnum ui & armis in ditiõnẽ uindicaturus. Ve℞ anteq̃ finẽ faciam, præfari ite℞ paucula in calce operis nõ inutile puto. Videor. n. mihi uidere ad reuelationes has, ueluti ad lunæ umbram baubãtes moloſſos, qbus adhuc offula (prioribus fortaſſe non cõtentis) obiicienda eſt, ne fruſtra latratibus aera uerberent. Video item demẽtibus excuti riſum Video his q ſciolos ſe arbitrẽť, ſummoueri ludum, q forte ob nõ poſthabitũ religionis ingrediendæ ſalubrẽ afflatũ igne torqueri aĩas nõ debere cõtendẽť, nec diuino afflatos ſpiritu tẽpeſtate nr̃a repiri hoĩes, qui Chriſti colloquiis pfruanť? At ſi peccata nõ morte, ſed uenia digna purgatorio igni eẽ plectenda arbitrarenť, iuſtos ẽt pœnas dare non mirarenť, Itẽ ſi ſeruum q uoluntatem dñi ſciens nõ adipleuit, teſte ueritate, multis uapulatu℞ nõ ignorauerit, hũc q dei uoluntatẽ nouerat & iplere diſtulit, & ſi a noxis qbuſq; aliis fuiſſet immunis ſupplicia luere nõ extaſim patereť, Alia ex parte rudẽ & iſulſã eo℞ aſtutiã mirari ſatis ñ poſſum, qui cũ chriſtũ p hoibus mortuũ credant, eoſdẽ hoies alloq eundẽ facile poſſe nõ credãt. Vehementioriq; argumento uirginis matris, angelo℞q; beatorũue hominũ ſpirituũ affatibus pticipes, eoſdem mortales hoĩes nõ poſſe fieri, aĩaduertẽdũ eis ꝓfecto foret iferiora oĩa p ſupiora gubernari Dionyſio ẽt areopagita teſte i lib. de Hierarchia cœleſti, ſepatiſq; mẽtibus iferioris gradus & naturæ, qbus hoĩum cura demandata eſt, p ſuperiores mẽtes, quæ ite℞ uel a ſupremis uel ab ipſo deo diuina myſteria hau riunt, illuminari hoieſq; diuino afflatos ſpũ eaſdem reuelationes ac

Laus doctrinæ & ꝓbitatis fratris hieronymi

cipere/hoium multitudini cum expedit patefaciendas/ sacrosancta hæc diuinitatis lex,qd' ab eodē Dionysio lib. cælestis Hierarchiæ edocemur ut per prima sequētia ad angustissimā lucē subuchant/ignari ,pculdudio sunt diuinaꝝ litteraꝝ/isolentis quoq; & peruicacis ingenii nam in illis cōspici dat diuina futura mysteria nō tan tū p bonos p scelestos hoies/& pseudo ,pphetas qñq; patefacta/ quid ,phibet huic fide hre qui & doctrina & tot uirtutibus pollet/multaq; iam futura/ quę nunc eue nire prædixit.& hoc nō somniculose testatus sed asseuerāter affirmās. Adde q; Ari stotelis phia/his nō reclamet/& platonica suffragent licet pro graui testimonio ni/si scripturæ diuinæ auctoritatē non acceperim/ sed extraria hæc qñq; citare non ab surdū ē. Vt maleuoloꝝ tæla in auctores maiore ui/q̄ uenerint/reuertant. Verū ad nosmet ipsos iam redeundū est,quibus nō tam mœrendū est.q; talem amisimus q̄ qd' habuimus & hēmus gratias agendū regi/cui uiuunt oia, Quippe qui morta/lis uitæ munere perfunctus/diuq; cū habitandus cedar/ quos luce nō pauca pfu/derat/conuersatus inaccessibile / & infinitum supernæ patriæ lumen iamiā ingre/diens ineffabili diuinitate nobis etiam in dies laturus opem sine fine fruetur.

FINIS.

Epitaphium Mirandulæ.

Ioannes iacet hic mirandula. Cætera nolunt.
Et tagus & ganges/forsan & Antipodes.

Cæcilii Cypriani episcopi Carthaginēsis de ligno crucis carmen

Est locus ex omni medium quē credimus orbe
Golgata iudæi patrio cognomine dicunt,
Hic ego de sterili succisum robore lignum
Plantatum memini fructus genuisse salubres,
Non tamen hic illis qui se posuere colonos
Præbuit externi fructus habuere beatos
Arboris,hæc speties uno de stipite surgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos
Sicut plena grauis antennæ garbasa tendunt.
Vel cum disiunctis iuga sunt ab aratro iuuēcis
Quem tulit hoc primo maturo semine lapsum
Concepit tellus mox hinc mirabile dictu
Tertia lux iterum terræ superisq; tremendum
Extulerat ramum uitali fruge beatum,
Sed bis uicenis firmatur & ille diebus
Creuit in imensum cælumq; cacumine summo
Contigit,& rādem sanctum caput adidit alto,
Dum tamen ingentis bisseno pondere ramos
Addidit,& totum spargens porrexit in orbem.
Gentibus ut cūctis uictum uitamq; perennem

Præberent mortemq; mori qui posse docerent,
Explicitis & mox quinquaginta diebus
Vertice de summo diuini nectaris haustum
Detulit in ramos cælestis spiritus aura.
Dulci rore graues manabant undiq; frondes,
Ecce sub ingenti ramorum tegminis umbra
Fons erat, hic nullo casu turbante serenus
Prospicuis inlimis aquis, & gramina circum
Fundebant lætos uario de rore colores
Hunc circum innumeræ gentes populiq; coibant.
Quam uarii generis sexus ætatis honoris
Innuptæ nuptæq; simul uiduæq; nurusq;
Infantes puerią; uiri, iuuenesq; senesq;
Hic ubi multigenis flexos incumbere pomis.
Certabant ramos auidis attingere dextris,
Gaudebant madidos cælesti nectare fructus.
Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis
Quam lutulenta uiæ uestigia fœda prioris
Deterrent, corpusq; pio de fonte lauarent.
Ergo diu circum spatiantes gramine molli
Suspiciunt alta pendentes arbore fructus.
Tunc signa ex illis delapsa putamina ramis
Et dulces multo rotanti nectare frondes
Vescuntur ueros optantes sumere fructus.
Ergo ubi cælestem cœperunt ora saporem
Permutant animos & mentes perdere auaras,
Sæpe quidem multi renouati mentibus ægros
Restituere animos, & qua se si posse negabant
Pertulerant, fructumq; sui cœpere laboris.
Multi etiam sanctas ausi contingere mentes
Discessere iterum subito retroq; lapsi
Sordibus & cœno mixti uoluuntur eodem.
Multi uero bono portantes pectore, totis
Accipiunt animis, penitusq; inuiscera condunt,
Ergo qui sacros possunt accedere fontes,
Septima lux illos optatas sistit ad undas
Tingunt in liquidis ieiunos fontibus artus.
Sic demum illuuiem mentis uiæq; prioris
Deponunt labem purasq; a morte reducunt
Illustres animas cæliq; ad limen ituras,
Hinc iter ad ramos & dulcia poma salutis
Inde iter ad cælum per ramos arboris altæ
Hoc lignum uitæ cunctis credentibus, Amen.

Τελωσ.

HEPTALVS IOANNIS PICI MIRANDVLAE DE SEPTIFORMI SEX DIERVM GENESEOS ENARRATIONE AD LAVRENTIVM MEDICVM. PROOEMIVM.



OVIT æmulatio me studiorum tuorum Laurenti Medices ut archana Moseos uolumina recenserem, Cum superiore hyeme quantum ocii dabatur a re.pub.non alibi te magis aut libentius operam sumere q̄ in ea lectione animaduerterem. Tum eodem quoq; priuata ratio subinuitauit, Quoniam operi alteri meo tuo quidem auspicio iam pridem, sed & in tuum nomen crescenti, quo Dauidicos hymnos a.LXX. uetsos interpretibus. & in ecclesia iugiter personantes nō modo a suspitione omni calūniaq; asserere, sed interpretamenti quoq; facibus illuminare tentaui, nulla prorsus utilior tractatio, nulla fructuosior q̄ eorum librorum, nulla rursum consentanea magis (aut ut uerius dixerim) necessaria repetitur. Accidit autem per hos dies ut in mundi fabrica celebratis illis operibus sex dierum fuerim assiduus. Quib9 totius naturæ secreta cōtineri ut credamus magnæ se ratiōes offerunt. Nam ut illud omittā quod hæc oīa propheta noster deo plenus ac cælesti dictante spiritu totius magistro ueritatis excepit, nō ne eundē nobis cum nostrorum tum suorum tum gentiū deniq; testimonia prisus humanæ sapientiæ doctrinarūq; oīum & litterarum cōsultissimū pdiderūt? Extat apud Hebræos Salamonis illius cognomento sapientissimi liber cui sapientia titulus non qui nunc in manib9 est Philonis opus, sed alter hierosolyma quam uocant secretiore lingua composit9 in quo uir naturæ rerum sicuti putatur iterpres oēm se illiusmodi disciplinam fatetur de Mosaice legis penetralibus accepisse. Sunt item quantum attinet ad nostros & Lucas & Philon auctores grauissimi illum in uniuersa Aegyptiorum doctrina fuisse eruditissimū. Aegyptiis aūt usi sunt præceptoribus græci omnes qui habiti diuiniores Pythagoras Plato Empedocles & Democritus. Notum illud Numenii philosophi non aliud esse Platonem q̄ atticum Mosem. Sed & Hermippus Pythagoricus attestatur Pythagoram & Mosaica lege plurima in suam philosophiam transtulisse. Quod si rudis ī suis libris & popularis interim Moses potius q̄ aut philosophus aut theologus aut magnæ alicuius sapientiæ artifex apparet, Reuocemus eo mentem fuisse ueterum sapientum celebre institutum res diuinas ut aut plane non scriberent aut scriberent dissimulanter. Hinc appellata mysteria nec mysteria quæ non occulta, hoc ab Indis, hoc ab Aethiopibus qbus de nuditate cognomen, hnc ab Aegyptiis obseruatū. Quod & Sphinges illæ pro tēplis insinuabant. Ab eis edoctus Pythagoras silentii factus est magister, nec ipse quicquā litteris mandauit præter omnino paucula quæ Damæ filiæ moriens cōmendauit. Nō enim quæ circunferūtur aurea carmina Pythagoræ sunt, ut uulgo etiam doctorib9 persuasum sed philolai. Legē deinceps eā Pythagorici religiosissime tutati sunt. Eam Lysis ab Hipparcho uiolatam querit. In eam deniq; iuratos Ammonii discipulos Origenē Plotinū & Hereniū Porphyrius est auctor. Plato noster ita ī inuolucris enigmatum fabularum uelamine mathematicis imaginibus & subobscuris recedentiū sensuū indiciis sua dogmata occultauit, ut & ipse dixerit in epistolis neminem ex his quæ scripserit suā sniam de diuinis aperte itellecturum, & re minus credentibus comprobauerit. Quare si ob id Moseos lectionē uelut exultatam putamus q nihil habeat in pri-

In Moseos genesi totius naturæ esse mysteria.
Doctissimus Moses
Quare rudis Moses & popularis apparet
Mysteria
Gymnosophistæ.
Aegyptii
Pythagoras
Philolaus
Pythagorici
Lysis.
Hipparchus
Ammonius
Origenes
Plotinus
Heréni9
Porphyrius.

Ieſus chri mori fronte nõ uulgariũ non rude dãnemus eodẽ exẽplo antiquos omnes philoſo-
ſtus phos ruditatis & ignorantiæ quos totius ſapiẽtiæ magiſtros ueneramur. Quin idẽ
Euãgeliũ obſeruatũ in eccleſia cernimus. Ieſus chriſtus imago ſubſtantiæ dei euãgelium non
ſcripſit, ſed prædicauit. prædicauit aũt turbis qdem ĩ parabolis ſeorſum aũt paucis
diſcipulis, qbus datũ erat noſſe myſteria regni cæloꝝ, palam citraq; figuras. Neq;
oĩa paucis illis, quia nõ oĩum capaces, & multa erant quæ portare nõ poterant do-
nec adueniens ſpũs docuit oẽm ueritatẽ, Diſcipuli dñi tam pauci electi de tot milli
Cur uela bus multa ferre non poterãt. Turba oĩs iſraelitica fartores coci macellarii opiliones
ta facie ſerui ancillæ, qbus oĩbus legenda lex tradebaẽ totius Moſaicæ uel diuiuæ potius
Moſes ſapiæ ferre onus potuiſſent? Ille qdem in montis ſublimitate montis utiq; illius in
quo & dñs ſæpe diſcipulos alloquebaẽ diuini ſolis lumine colluſtratꝰ tota facie mi
rum in modũ ſplẽdeſcebat, ſed qa lucẽ ferre nõ poterat populus oculis cecutienti-
bus & noctuinis uellata facie illis uerba faciebat. Redeamus ad noſtros. Scripſit
Matthæꝰ Matheus primus euangeliũ, ut inqt propheta abſcondens ĩ corde ſuo dei eloquia
primus ne peccaret, ita ſolũ quæ ad chriſti humanitatẽ attinebant hiſtoria proſequutus eſt
euãgeliũ ne intercideret obliuione memoria reꝝ geſtaꝝ ut propterea in myſtico Ezechielis
ſcripſit. ſpectaculo per hoĩem figuratũ illum intelligamus. Ioannes qui præ oĩbus maxime
Ioannes diuinitatis ſecreta releuauit tribus quidẽ uulgatis euangeliis & a dñi cruce multis
exactis annis coactus loqui quæ diu tacuerat ad abolendã hæreſim ebionitaꝝ quæ
chriſtũ hoĩem nõ etiã deũ aſſeuerabat de æterna filii generatione ſed paucis, ſed ob
ſcure ꝓnunciauit. Inde exorſus. In principio erat uerbũ. Paulus corinthiis negat ſo
Ebionitæ lidũ cibũ ꝓpterea ꝙ adhuc carnis legibus uiuãt nõ aũt ſpũ, & ſpiam loqtur ĩter ꝑ
Paulus fectos. Diſcipulus Pauli Dionyſius areopagita ſanctũ & ratũ inſtitutũ fuiſſe ſcribit
Dionyſiꝰ eccleſiis ne dogmata ſecretiora per lfas. ſed uoce tantũ hiis qui rite eſſent initiati
cõicarentur. Hæc plurimus ſum ꝓſequutus quod ſunt multi qui Moſeos librũ du
cto argumento de rudi cortice uerboꝝ tanq̃ aliqd de medio & triuiale cõtẽnant &
aſpernenẽ, nihilq; apud eos minus credibile q̃ hře illum ĩ receſſu diuitius aliquid
q̃ quod fronte ꝑmittat. Quod ſi ſatis eſt cõfutatũ iam illud creditu facile ſicubi de
natura de totius opificio mundi tractatũ ab eo. i. ſi qua in parte opis ſui uelut agri
cuiuſpiã ſint ab eo theſauri defoſſi oĩs uere phiæ, Factũ in primis hoc in hac parte
ubi exprofeſſo de reꝝ oĩum emanatione a deo de gradu, de numero, de ordine par-
tium mundanaꝝ altiſſime philoſophatur. Propterea fuit decretum ueteꝝ hebræoꝝ
Hierony cuius etiã meminit Hieronymus ne hãc mundi creationẽ quis q̃ niſi matura iã æta
mus te attingeret. Videbor igitur fortaſſe feciſſe opepretiũ ſi ĩmoratus diutius exactio
re cura & operoſiore ut licuit ꝑ noſtrã imbecillitatẽ ſtudio rimatus ſum intellectũ
Moſaicæ lectionis. In cuius enarratione cũ per multos elaboraſſe latinos græcoſq;
Cur au- uiderẽ. Præterea chaldæos & hebræos interpretes ueteres nouoſq; ꝓpe innumerabi
ſus ſcribe les ne cogitare qdẽ audebã nouũ aliqd ſuper hac re uel ſcribere uel cõmentari. Cæ
re poſt teꝝ memineram cautũ Moſaica lege ne qs agrũ ſuũ penitus totũq; demeteret, Sed i
tot inter- tactã ex eo portionẽ pauperibus & egenis relinqueret qui mergites inde & mani-
pretes pulos & famẽ tollerandã ſibi acciperẽt. Hoc cum ueniſſet in mentẽ ſagacibus ocu-
lis luſtrare cæpi latiſſimos prophætę cãpos indagaturus an cum doctiſſimi interp̃-
tes nõ minus cultores legis fuerint q̃ interpretes iuxta legis edictũ intactã partem
aliquã reliquiſſent, nobis utpote infirmioribus demetendã. Vnde mihi ego quoq;

uel pauculas spicas decerperē ipōnēdas atiis ecclesiæ quasi primitias frugū ne a pri-
uilegiis tēpli ceu nō uerus israelita ceu penitus asymbolus eliminarer. Successit ex
uoto res nō ꝙ possum eqdem qcq̄ quod illi nō potuerūt, sed qđ & illi de legis prę
cepto noluerūt industriæ posterioꝝ uiā præstruere, & ea insuperest agri uastitas eā
fœcunditas ut par illi frumentoꝝ numerus nullus esse possit, ut q̄q̄ & infinitæ fere
& ualentissimæ operæ in eo se totis uiribus exercuerint, dicere tñ euangelicum il-
lud adhuc possumus, Messis multa operarii pauci. Quæ igitur super hoc libro uiri
sanctissimi Ambrosius & Augustinus, Strabus item & Beda & Remigius & ex iu-
nioribus Egidius & Albertus. Quæ item apud græcos Philon Origenes Basilius | Latini in
Theodoritus Apollinarius Didymus Diodorus Seuerus Eusebius Iosephus Gēna | terpretes
dius Chrysostomus scripserunt itacta penit⁹ a nobis relinquenť. Cū & temerariū | Græci in
& superfluū sit in ea se agri parte isitmū hoiem exercere ubi se pridē robustissimæ | terpretes
mentes exercuerūt. De his itē quæ uel Ionetes uel Anchelos uel Simeon antiquus
Chaldaice tradiderūt uel ex hebræis aut ueteres Eleazarus Aba Ioannes Neonias | Chaldei i
Isaac Ioseph, aut iuniores Gersonides Sardias Abraam uterq; Moses Salamon & | terpretes
Manaem cōscripserūt nullā nos in præsentia mentionē habebimus. Afferremus āt | Hebræi i
præter hæc oia septē alias expositiōes nostra inuēta & meditata, in qbus illud pri- | terpetres
mū curabimus, euincere si poterimus tres difficultates cū qbus uidetur his oib⁹ q | Septē no
enarrandū libꝝ hunc susceperūt magna & difficilis fuisse colluctatio. Prima est ne | uæ expo-
quid aut minus sufficiēter aut paꝝ docte & sapienter a Mose dictū uideať, A qua | sitione
se qdam hoc pacto exoluerūt, quod idcirco neq; dixit de oibus neq; attulit grandia | Prima
& sublima qa rudi populo loqueretur q non erat intelligentiæ oium satis idoneus.
Nos credere possum⁹ satisfactū rudibus auditoribus si lumen scientiæ quod intro
spicerent sapientes crassiorib⁹ uerbis quasi corneā testa circūdatū obduxerit ne he-
betiores inde oculi perstringerenť, Attulerit ergo lumen ut sanis oculis proforet in
clusum tamen & uelatum attulerit ne lippientibus officeret. Neq; enim min⁹ ille
aut debuit aut potuit aut uoluit iuuare doctos q̄ indoctos. Secunda est difficultas | Secunda
ut tenor idem sit interpretamenti sibi consentiens ex se aptus & uno quasi ductu to | difficul-
ta series a quo primitus sensu proficiscīť in eundē illum quasi memor propositi re- | tas
feratur. Nec sifortasse hic de ideis loquentē introducimus proxima clausula de ele
mentis agere uel de hoie illum uelimus. Arbitrariū hoc & uiolentum gen⁹ exposi-
tionis. Quod euitare tamen in hui⁹ libri enarratione ipossibile multis ne dicā dif-
ficile operosum ꝓfecto oibus uisum est. Tanta ēst pplexitas, tanta ambiguitas, tāta | Quā dif
uarietas uniuersæ lectionis. Vide quanti laboris q̄ nō factu sit facile id qđ aio nos | ficile fa-
concepimus (utinā consequamur) ut nō uno dūtaxat sed septēplici sensu a capite | ctu quod
sēper nouum opus exorsi perpetuæ & impromiscuæ expositionis ordine totā hanc | aggrediť
mundi creationem, nihil usi priorum opibus interpretemur. Tertia difficultas in | tertia dif
hoc uersatur ne extraneum aliquid uel prodigiosum uel alienum a rerum natura | ficultas
quæ nunc conspicitur & a ueritate quam a philosophis melioribus compertam no
stri etiā receperūt afferentē prophetam Immo per prophetam diuinū spiritum fa-
ciamus. Cur autē septem a nobis allatæ expositiones qua rōne susceptæ, quod no- | Quæ rō
strum consilium, & quæ necessitas nos ad eas impulerit, Quid omnino sit nouum | susceptæ
hoc quod afferre molimur sequenti capite palam faciemus. In quo illius qui de hac | cōmenta
materia.i.de mundi creatione absolutissime, ad naturæ ipsius æmulationē sit scri- | tionis

pturus ideam pingentes conabitur tum in sequentib9 re cõprobare, prophetam no strum ab illa nihil quasi ab archetypo decidisse, Sed assequutũ oibus numeris ita ut nihil aliud pro tali idea q̃ ipsimet pponendũ sit oibus & magnitudinẽ eius admi rari oẽs facilius q̃ extimare pro dignitate possim9. Debentur autem tibi hæc nostra qualiacũq; sint adhuc rudiméta nostræ iuuentutis Laurenti uir clarissime uel quia sunt mea q tibi me ipsum iampridem dedi & noui, uel quia hoc ipsum tu nobis in quo sunt nata fesulani secessus ociũ parasti. Quod internentu etiã crebro uel assi duitate potius Angeli politiani familiaris tui cõditur, cuis amœnũ & fertile inge nium q̃ antea flores ista uarios extulerat tã nunc ut arbitror solidã phiæ maturãq; adeo frugẽ pollicet. Accedit q cõsuetũ est cũ his quos amamus uel colimus festũ aliqd aut lætũ euenit nõ solu uerbis congratulari, sed aliquo etiã munere fauere ut sic dixerim illo felicitati & testatã apud eos facere lætitiã al nr̃i. Opportunæ igi tur nr̃a hæc lucubratio ad te uenit quo tpe Ioãnes filius ea ætate qua nemo antea sũmo christiano ordinum collegio a pontifice summo Innocentio .viii. destinatus est, & indole ipsius quæ de se bona oĩa promittit & tuis meritis tuaq; auctoritate id sibi iure & merito postulantibus. Reliquũ ut optemus dignum se ille exhibeat hac dignitate. Quod fecerit si quẽ & patrẽ & dignitatis auctorem habuit eundem uitæ exemplar idest prudentiæ totiusq; uirtutis habuerit. Vale.

(Mosẽ ide amesse re cte scribẽ di de na tura — Angelus politian9 — Innocen tius .viii.)

ALIVD PROHEMIVM TOTIVS OPERIS.



Res mundos figurat antiqtas. Supremum oĩum ultramundanum quem theologi angelicum philosophi aũt intellectualẽ uocant, quẽ a nemine satis pro dignitate decãtatũ Plato inqt in phedro. Proxi mum huic cæleste, postremum oĩum sublunarẽ hunc quẽ nos icoli mus. Hic tenebra mundus, ille aũt lucis, cælũ ex luce & tenebris temperatur. Hic per aquas notatur fluxa instabiliq; substantia, ille per ignẽ lucis candore & loci sublimitate, cælum natura media idcirco ab hebræis ascimiam quasi ex es & maim .i. ex igne & aqua quæ diximus cõpositũ nuncupat. Hæc uitæ & mortis uicissitudo, illic uita ppetua & stabilis opatio, & in cælo uitæ stabilitas operationũ locoq; uicissitudo. Hic ex ca duca corpo substantia, illæ ex diuinæ mentis natura, cælũ ex corpore; sed in corrupto ex mente sed mancipata cor pori cõstituitur. Mouet tertius a secundo, secundus a primo regit, & sunt præterea inter eos dfiæ plurimæ, quas hic enarrare nõ est cõsiliũ ubi hæc præterfluimus po tius q̃ inundamus. Hoc nõ prætermiserim figuratos hos mundos tres a Mose eui dentissime in admirabilis illius tabernaculi sui cõstructiõe. Partitus est .n. taberna culũ in partes tres, qua singulæ singulos quos diximus mundos repræsentare ex pressius nullo modo possent. &.n. pria pars nullo defensa tecto uel umbraculo im bribus niui solibus calori frigoriq; obuia erat & opportuna, & q est nr̃i .i. subluna tis mundi euidentius simulachra inhabitabant eã nõ modo hoĩes mundi & imundi sacri & pphani, sed & oĩfarii generis aĩalia, eratq; in ea uel ob sacrificia iugesq; imo lationes uitæ & mortis ppetua uicissitudo. Reliquæ duæ ptes ambæ obrectæ & un diq; ab oĩ pegrina iniuria liberæ queãdmodũ & uterq; mundus tã cælestis q̃ super cælestis. nec iniuria capax nec cõtumeliæ. Ambæ itẽ sanctitatis noĩe honestatæ ita tñ ut quæ erat secretior sci scõ, reliqua sancti tm̃ titulo decoraret sicuti quãuis & cælestis & angelicus mũdus uterq; scũs qm̃ supra lunã post luciferi casum nec ma

(Triũ mũ do gra dus & dif ferentia — Mundus angelic9 — Cælestis — Subluna ris — In taber naculo Moseos tres mun dos figu ratos)

cula nec pcm̃ aut eſt aut eſſe põt,angelicus tñ cæleſti longe ſanctior & diuinior habet.Sed qd remotiores has ſimilitudines proſeqmur?Nã ſi poſtrema pars tabernaculi erat hoibus & brutis cõis,ſecũdã quæ tota auri ſplendore fulgebat candelabrũ illuminabat ſepté lucernis diſtinctũ,quæ ut dicunt oẽs interpretes latini græci & hebræi ſepté planetas ſignificãt,In tertia pte oium ſacratiſſima,alata cherubĩ erant nõ ne nſis tres mundos oculis ſubiiciũt?& hũc quẽ & bruta & hoĩes incolunt & cæleſtẽ in quo planetæ corruſcãt & ſupcæleſtẽ habitaculũ angelorũ.Admouemur aũt hinc etiam altioris euangelici ſacri. Nam qm̃ nobis ad mundũ ſupcæleſtẽ ad angelorũ cõſortiũ reſerata eſt uia per chriſti crucẽ & ſanguinẽ, idcirco illo occubẽte ſciſſum eſt uelum tẽpli quo ſctã ſctorũ per quę angelicũ diximus mũdũ ſignificari ab aliis ptibus diſcludebanẽ. Quod fuit indicio patere iã aditũ hoĩ ad dei regnum ad deum ipſum q uolat ſuper cherubin aditũ ab initio ob peccatum primi parẽtis iuſtitiæ legibus occluſum.Hæc ſatis de tribus mundis in quibus illud in primis magnopere obſeruandũ unde & noſtra fere tota pendet intentio eſſe hos tres mundos mũdum unũ,nõ ſolum pptea quod ab uno principio & ad eundẽ finem oẽs referãtur,aut quoniã debitis numeris tẽperati & armõica quadã naturæ cognatiõe atq; ordinaria graduũ ſerie colligẽtur,Sed quoniam qcqd in oibus ſimul eſt mundis id & in ſingulis cõtinet,neq; eſt aliqs unus ex eis in quo nõ oia ſint quæ ſunt i ſingulis,quam Anaxagoræ credo fuiſſe opinionẽ ſi recte eũ ſenſiſſe putamus explicatam deinde a pythagoricis & Platonicis. Verũ quæ in mũndo ſunt inferiori in ſupioribus ſũt,ſed meliore nota,q̃ itidem ſunt in ſupioribus poſtremis ẽt uiſunẽ.ſed degeneri conditione & adulterata ut ſic dixerim natura,Eſt apud nos calor qualitas elementaris,eſt in cæleſtibus uirtus excalfactoria.eſt in angelicis mentibus idea caloris.Dicã aliqd expreſſius. Eſt apud nos ignis quod eſt elementũ.Sol ignis in cœlo eſt,eſt i regione ultramundana ignis ſaraphicus intellectus. Sed uide qd differant Elemẽtariis urit,cæleſtis uiuificat,ſupcæleſtis amat.Eſt aqua apud nos, eſt aqua in cœlis huius motrix & dña ueſtibulũ.ſ.cœlorũ luna,Sunt aquæ & ſup cœlũ mentes cherubicæ.Sed uide quæ in eadẽ natura diſparilitas conditionis humor elemẽtalis uitæ calorẽ obruit,cæleſtis eundem paſcit ſupercæleſtis intelligit. In primo mũdo deus unitas prima nouẽ angelorũ ordinibus quaſi ſphæris totidẽ præeſt imobiliſq; ipſæ oẽs mouet ad ſe.In mundo medio.i.cæleſti cælũ empireũ nouem itidẽ ſphẽris cæleſtibus quaſi dux exercitui præeſt quæ cũ ſingulæ motu inceſſabili uoluantur illud tñ deũ imaginãs imotũ eſt. Sunt & i mundo elemẽtari poſt materiã primam ipſius fundamentũ nouẽ ſphæræ formarũ corruptibiliũ.Tres.ſ.corporũ uitæ expertiũ quę ſunt elementa & mixta tum iter hæc media, quæ mixta qdem ſed iperfecta quales in ſublimi quæ fiunt ipreſſiões,Tres uegetabilis naturæ, quę in tria primũ genera diuidit,herbarũ fruticũ & arborũ,Tres aiæ ſenſualis quæ aut imperfecta eſt qualis quæ in Zoophitis aut perfecta qdem,ſed intra terminos irrationalis phantaſię aut quod ſummũ in brutis eſt humanæ etiam capax eruditionis,qd quaſi medium eſt inter hoiem & brutum ſicut Zoophitũ medium eſt inter brutũ & plantam. Sed de his plura q̃ opus ſit. hoc tantũ addiderimus mundorũ mutuam continentiam ſacris etiã litteris indicari, Cum & ſcriptum in pſalmis ſit qui creat cœlos in intellectu & angelos dei legimus ſpiritus eſſe & miniſtros eius flãmã ignis urentis,hinc ſępe diuinis cęleſtia cognomenta ſępe etiam terrena, dum nunc per ſtellas

Interpretes latini græci & hebræi

quid uelit ſciſſio in Chriſti morte ſignificet

Tres cãę q̃re mundus unus

anaxagoras

Pythagorici

platonici

Exẽplar ppoſitæ ueritatis

Decem ſphæræ mũdi itellectualis

decẽ ſphæræ mũdi cæleſtis

decẽ ſphæræ mũdi elementaris.

Corpus

Natura

Anima

Teſtimonia ex ſacris litteris

nunc per rotas & animalia, nunc per elementa figurant, hinc & terrenis sæpe cælestia nomina. Quoniã.s. astricti uinculis concordiæ uti naturas ita etiam appellationes his omnes mundi natura sibi liberalitate cõdonant. Ab hoc principio (siquis fortasse hoc nõ dum aduertit) totius sensus alegorici disciplina emanauit. Nec potuerunt antiq patres aliis alia figuris decenter repræsentare nisi occultas ut ita dixerim totius naturæ & amicitias & affinitates edocti. Alioqui nulla esset rõ cur hoc poti9 hac imagine aliud alia q̃ contra repræsentassent. Sed gnar oĩum rerum & acti spiritu illo q hæc oĩa non solum nouit, sed fecit naturas unius mundi p ea quæ illis in reliqs mũdis nouerant respõdere aptissime figurabant. Quare eadẽ opus cognitione (nisi idẽ adsit & spũs) his q illoꝝ figuras & allegoricos sensus iterpretari recte uoluerint. Est aũt præter tres quos narrauimus q̃rtus alius mundus ĩ quo & ea oĩa in ueniant quæ sunt in reliqs, hic ipse est hõ qui & ppṙea ut catholici dicũt doctores ĩ euangelio oĩs creaturæ appellatione censet, Cũ prædicandũ hoĩbus euangeliũ non aũt brutis & angelis. pdicandum tñ oĩ creaturæ a Christo demandat. Tritũ i scholis uerbũ est esse hoĩem minorẽ mundum in quo mixtum ex elementis corpus & cælestis spiritus & plantarum anima uegetalis & brutoꝝ sensus & ratio & angelica mens & dei similitudo cõspicit. Quattuor igr̃ hos mũdos si statuamus crebile est Mosem dictuꝝ de mundo sufficienter, de his hoĩbus disseruisse, & cũ naturam scriptor effigiet si sit naturæ cõsultus qualẽ hunc nostrũ si quem alium credimus, credibile doctrinã de illis non aliter dispositã q in se ipsis illos omnipotẽs deus opifex disposuit, ut sit ueræ scriptura hæc Moseos imago mundi expressa, queadmodum legimus etiã ei præceptũ in monte ubi hæc didicit ut omnia faceret secundũ exẽplar quod in monte uiderat. Primũ igitur quod est omnium maximũ sicut ostẽdimus quæ sunt in oĩbus mundis contineri in singulis, debuit Moses æmulator naturæ de nullo usq̃ ex illis mundis agere, qn sub eisdem uerbis eodẽq; cõtextu de oĩbus simul pariter ageret. Vnde quadruplex statim totius mosaicæ lectionis expositio nascitur ut primo loco quicquid ibi est scriptũ, de angelico mundo & inuisibili nullam oĩno de aliis mentionem habentes enarremus. Secundo loco itidem omnia de cælesti mundo, Tum de sublunari hoc & corruptibili, Quarto de natura hominis. Nã si nusq̃ de intelligibili puta tractabit, quin sicut ille in se postremas omnes naturas cõtinet, ita & eadẽ de reliquis mundis nos scriptura admoneat, possumus certe immo debemus oẽs particulas de omnibus interpretari. Rursus sicut naturæ q̃q̃ in se ipsis promiscuæ inuicem contineantur discretas tamen ptoprias sedes, & pecularia quædam iura sortitæ sunt, ita & si singulis in partibus præsentis operis de quadruplici natura eadem serie litteræ differatur, credendũ tamen prima in parte de prima agi natura peculiarius atq; eodẽ ordine deiceps in reliquis, Vnde & qntæ exoritur expositionis necessitas. Accedit quod qua rõne, hæc sunt distincta, quia tamen nulla est multitudo quæ non sit una discordi quadam concordia ligantur & multiformibus nexuum quasi cathenis deuinciuntur. Quod cum toto etiam opere agere Mosem sit uerisimile, ad sextam iam nos interpretationẽ uel inuitos uocat. In qua ostendemus qnindecim esse modos. Quibus rem aliã alii cognatam uel cõiunctã itelligere possumus, & cũ neq; plures sint nec pauciores ita eos oẽs & sufficienter & dilucide a pphã expressos, ut nihil expressius unquã de reꝝ natura scripserit Aristoteles. Postremo queadmodũ sex diebus geneseos sabbatũ succedit, idest qes,

Quart9 mundus

Quo pacto hõ est mĩor mũdus

De his oĩbus mundis tractasse Mosem

Scripturam hãc imaginẽ esse naturæ

Radix q̃druplicis expositionis

radix qntæ expositionis

radix sextæ expositionis

Radix septimæ expositiõis

Congruũ ut & nos poſt ꝓcedentiũ a deo reꝝ ordínes diſtributos, & explicatã eoꝝ unioné & differentiã fœderaq; & habitudínes ſeptima iam & ſabbataria (ut ſic dixerim) enarratione de creaturaꝝ fœlicitate, deq; reditu ad deum q per Moſaicã, & Chriſtianam legẽ elongato inde ob peccatũ p rimi parẽtis homini cõtigit aliqua ꝑſtringamus, referantes quæ de his in præſenti ſcriptura Moſes aptiſſime occultauit, ut fiat palam de Chriſti aduentu de eccleſiæ ꝓfectu de gentiũ uocatiõe expreſſiſſimũ hic uaticiniũ legi. Vt ſit uere hic liber, ſiquis alius talis, liber ſeptem ſignaculis obſignatus, plenus omni doctrina, oibus myſteriis. Non aũt imitabimur eos q aggreſſi aliquando hanc mũdi creationem exponere. Quicqd uſq; apud philoſophos & apud theologos de deo de angelis de materia de cœlo deq; tota natura diſputatũ eſt huc cõgeſſerunt. Quod apud hebræos maxime Iſaac Perſa & Samuel olphinides peccauerũt, Sed ſolũ qd ſibi Moſaica littera uelit. Quid uerboꝝ contextus uel indicet uel ſignificet declarare pro uiribus annitemur. Nec ſi oſtendemus per firmamentũ puta octauã ſphæram ſignificari ſtatim de illa exordiemur diſputationem quo pacto rapiat cæteras ſphæras, quot ſignis diſtincta, quot imaginibus, ſimplici ne motu, an potius duobus an uerius tribus in diuerſa rotetur. Aut ſicubi dictione aliqua indicari hoĩs animũ dixerimus digrediemur ad oĩa quæ ſcribũtur de aĩa enucléanda, ſed ea tñ de unaquaq; re ſtrictim etiam & curſim annotabimus, de qbuſ mentióné auctor expreſſam facere uideaẽ. Dixi ſtrictim etiam & curſim, qa non illud hoc ope eſt cõſilium ut q hæc alibi nõ didicerũt hic primũ diſcãt, ſed ut quæ ſciunt iam eſſe uera i prophetæ uerbis agnoſcant, & quæ iméſis uolumi nibus digeſta a theologis & phĩs legerũt, quo pacto hic paucis & cõprehenderit & occultauerit itelligentes, reuelata facie legiſlatorem loquẽtem audiant. Quod ſiqs etiam forte actus ſpiritu ſanctæ ruſticitatis nõ tã petita hæc alti⁹ myſteria nõ ꝓbauerit q̃ ſimpliciorem potius & ſibi accõmodatioré optauerit ſacri cõtextus enarrationem, iubebo eum prius meminiſſe Pauli præcipientis ne aut qui manducat non manducantem ſpernat, aut qui non manducat manducantem iudicet, Tum ipſum non meis ſed Auguſtini i ipſa etiam ſua in geneſim expoſitione alloquar uerbis in hunc modũ. hæc tu ſi potes apprendas, ſi non dum potes relinquas ualentioribus. Tu uero cũ ſcriptura nõ deſerente infirmitaté tuã & materno inceſſu tecum tardi⁹ ambulante ꝓficias, Illa enim ſic loquiẽ ut altitudine ſupbos irrideat, profunditate attẽtos terreat, ueritate magnos paſcat, affabilitate paruos nutriat, Sed redeamus ad nos; & ab ipſo corruptibili mundo qué habitamus exordientes præſtamus q̃tũ ſcilicet poſſumus quod polliciti ſumus. Alioquin & in magnis eſt ſatis uoluiſſe, & ut inquit Pomerius magnaꝝ reꝝ magnus conatus profectus eſt.

Iſaac pſa Samuel ophiniesd

Scribi hæc eruditis non rudibus phĩs

Paulus

Auguſti

Virtus ſcripturæ

Pomeri⁹

Moſaica uerba exponenda.

Verba ipſa prophetæ quæ exponenda ſuſcepimus hæc ſunt.

I N principio creauit deus cælũ & terrã, terra aũt erat inanis & uacua, & tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi, & ſpiritus domini ferebaẽ ſuper aquas, & dixit deus fiat lux & facta eſt lux, & uidit deus lucem q; eſſet bona, & diuiſit lucem a tenebris appellauitq; lucem diem & tenebras noctem, factumq; eſt ueſpere & mane dies unus. Dixit quoq; deus fiat firmamentũ in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit deus firmamentum diuiſitq; aquas quæ erãt ſub firmamento ab his quæ erant ſuper firmamentũ, & factum eſt ita, Vocauitq; deus

Dies primus

Dies secundus firmamentū cœlū, & factū est uespere & mane dies secundus. Dixit uero deus congregent aquae quę sub cœlo sunt in locū unū & appareat arida, & factū est ita & uocauit deus aridā terrā, congregationesq; aquarum appellauit Maria, & uidit deus qđ esset bonū, & ait germinet terra herbā uirentē, & facientē semen & lignū pomi ferum facientē fructū iuxta genus suū, cuius semen in semetipso sit super terrā, & factū est ita & ꝓtulit terra herbā uirentē et facientem semen iuxta gen9 suū lignūq; faciens fructū, et habens unūquodq; sementē secundū speciē suā et uidit deus qđ Dies tertius esset bonū, et factū est uespere et mane dies tertiu9. Dixit autem de9, Fiant lumina ria i firmamento cœli & diuidant diem ac noctē & sint in signa & tēpora & dies & annos ut luceant i firmamento cœli, & illuminent terram, & factū ira fecitq; deus duo luminaria magna luminare maius ut pręesset diei, & luminare minus ut præesset nocti & stellas & posuit eas in firmamento cœli ut lucerēt sup terrā, & pręessēt Dies quartus diei ac nocti & diuiderent lucem ac tenebras, & uidit deus qđ esset bonū, & factū est uespere & mane dies quartus. Dixit etiā deus ꝓducant aquæ reptile animæ uiuentis & uolatile sup terrā sub firmamento cœli, Creuitq; deus cete grādia & oēm animā uiuentē atq; motabilem quas ꝓduxerāt aquæ in species suas, & omne uolatile secundum genus suū, & uidit deus qđ esset bonū, benedixitq; eis dicens. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesq; multiplicentē super terram, & fa Dies quintus. ctum est uespere & mane dies quintus. Dixit quoq; de9 ꝓducat terra animā uiuentē in genere suo, iumenta & reptilia & bestias terræ secundū species suas, factumq; est ita, & fecit deus bestias terræ iuxta species suas, iumenta & omne reptile terræ i ge Diet sextus nere suo. & uidit deus quod esset bonū & ait. Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā & pręsit piscibus Maris & uolatilibus cœli & bestiis uniuersæ terræ omniq; reptili quod mouetur in terra. & creauit deus hominē ad imaginē & similitudinem suam ad imaginem dei creauit illum.

Hactenus exponendū Mosem suscepimus. Totam aūt expositionem i septē libros siue tractatus partitus sum, potius ut imitarer Basiliū & Augustinū quā propterea qđ hac crebra distinctione quasi interiungēs legētis intentio recreatur. Accedit qđ cū septē sint expositiones septē libris digestæ singuliq; libri septem capitibus diuidantur septem creationis diebus omnia respondent. Factum item a nobis ratione congruentissima, ut quēadmodum septima dies apud Mosem sabbatum est & dies quietis, Ita expositio quælibet nostra septimo semper capite in Christū deriuetur, qui & finis est legis, & nostrum est sabbatum nostra quies fœlicitas.

EXPOSITIO PRIMA DE MVNDO ELEMENTARI.

Libri Primi Caput Primum.



De principiis rerum corruptibilium. Materia Priuatio

Aturales Philosophi qui de natura rerum corruptibiliū disserunt de principiis earum sic statuūt in uniuersum, esse materiā rudem formarum expertē idoneā qdem omnibus formis suscipiendis sua tamen natura omnibus priuatam, Quare præter materiā priuationem etiam faciunt principium rerum naturalium. Adiecit Auerrois esse materiā trino dimēsu i longitudinē latitudinē altitudinemq; protensam, ne. s. res corporeæ de incorporeo subiecto fieri decernentur. Tum afferunt transmutantē causam quā uocant efficientē. Cuius ui tractata materia, quod est potentia actu fiat aliquando quēadmodū mollis cera & indefinita

ductu manus atq; tractatu in diuersas figuras pro tractantis arbitrio transformat. Q m a ut nihil natura temere agit sed boni alicuius cōsequendi gratia finalis causa se statim infert, & pximus qdem finis agentis causæ forma est quā de materiæ gremio eruit. Hoc.n. illā cōsilio agit & uersat ut ad pfectū habitū formæ illam perducat, unde & forma tertiū principiū ab Aristotele statutū. Hæc aūt de materiæ sinu educi nō potest nisi affectæ prius & præparatæ cōgruis qualitatibus, Circa quas totus opificis labor tota actionis mora cōsumit ipsa .s. specie indiuiduo momento quasi præmio laboris statim effulgente. Opificē ipsum cām potius q̄ principiū uocant Peripathetici. Diuinoꝝ autem memores semp diuini Platonici admonitos nos uolunt naturales agētes causas, & si solæ appareāt nobis quæ corpora agāt formēt & transmutēt haud tñ primarias esse causas eoꝝ quæ fiunt, sed istrumēta potiꝰ diuinæ artis cui obediūt & famulant. Q uemadmodū fabri & manꝰ & si ipsæ totam domꝰ materiā ligna lapides cemēta cōponāt ordinēt & trāsmutēt, nihilq; uideatur præter eas cui factura domus accepta referatur nouimus tñ organū illas esse obediens arti & seruiens quæ cōstituta in aio architecti domū quā simul cōcepit particulatim digerit explicatq; insensibili materia, hinc factū ut ipsi duas causas adiciāt organicam & exemplarē. Q uod neq; negant Peripatheci. Immo confirmant apud quos tritū illud, Omne opus naturæ opus esse intelligentiæ. hęc sunt quæ in cōune dicuntur de rebus corruptibilibus, quæ oīa ita in ope primi diei cōplexus est Moses ut neq; certius neq; aptius de hic quicq̄ dixerint philosophi pbatissimi.

Efficiens causa | Finis | Forma | Materiæ dispōnes | Naturales cās organa esse diuinoꝝ. | Causa Orgāica | Exēplaris | Enatratō uerboꝝ Moseos

Caput secundum.

Principio igit duas statuit causas agentē & materiā eā.s. quæ actu & eam quę est potētia illā cælū hanc terrā uocat cui nostræ expositioni attestat primū auctoritas stoicoꝝ q agentem cām cælū materialē terrā uocauerūt, ut scribit Varro ne Grecos cōmemorē. Attestatur & ratio. Nā & materia despicatissima oīum naturaꝝ uti est terra oīum elementoꝝ, & simili oīno pportione rñdent, ut probant Peripathеci agens materiæ & terræ cælū. Terra aūt hęc idest materia inanis & uacua ut trāstu lit Hieronymus uel ut septuaginta inuisibilis & incōposita, & hęc qdem oīa rudi materiæ informiq; cōueniunt quæ & expers formaꝝ oīum merito inanis & uacua dicitur & oīno incōposita & inuisibilis est. Verum Hebraicæ dictiones tou & bou quæ hoc loco legunt a pluribus Hebræis aliter exponunt. Tou qdem rem brutā interpretant stupentē attonitam. Q uod ad materiæ etiā tenebricosam deformēq; faciem ab illis refert, ob causa causam q itendentes nos in illius cognitionē attonitos reddit, propter quod & Aristoteles pportione, & Plato motha ratione cognosci a nobis illam dixerunt. Bou aūt ex ui dictionis inchoationē & rudimentum formæ multi exponunt. Idem enim si uerbum uerbo redamus est bou ac si dicamus in eo est siue eo aliquid est. Q uod si sequamur præter subiecti potentiam inchoatā in eo formam intelligemus. Q uod non solū Albertꝰ & plures Peripathetici sed ueteres etiā Hebræi crediderunt ut ex monumentis antiquissimi Simeonis aperte colligimus. Verum quo pacto hæc sit inchoatio accipienda declarat adiiciens, & tenebræ erāt sup faciē abyssi. Abyssum uocat terrā idest materiā trino dimensu i altissimas pfunditates extensam. Sup hāc tenebræ idest priuatio est, principiū apud Peripatheticos in primis celebre cui nulla magis appellatio q̄ tenebraꝝ congruerit. Est aūt priuatio qua differt a negatioue ut magnus Albertus constantissime uult ipsa

Cælum | Terra | Stoici | Peripathetici | Terra inanis & uacua | Hebræi | Tou | Bou | Aristote. | Plato | Formæ ichoatio | Albertus | Antiquꝰ Simeon | Tenebrę | Abyssus

Diſpõnes materiæ

Exoritur lux

Dei impe rio fit lux

hæc de qua dicimus inchoatio formæ de qua re idem philoſophus copioſe & ſubtiliter diſſeruit. Præterea ſi ſubeſt terra aquis & irrigata inde parturit quæ poſtremo & pariat, nonne aquæ hoc loco accidentes materiæ qualitates & affectiones ſignificabunt? quæ uel ſuo fluxu tractabiliq; natura aquarum ſpetiem gerunt, Quibus ut ita dixerim humectata materia parturit formam quam extremo tẽporis momento edit in lucem. Sup has aquas ſpiritus domini ideſt uis cauſæ efficientis dñi organũ & inſtrumentũ merito ferri dicit᷑. neq; dicit᷑ ferri ſup terram quia nõ attingit agens ſubiectũ aut permeat niſi mediis illis intercedentibus qualitatibus, quas dũ uerſat & agit oritur lux ideſt formæ ſpeties & decor tenebrarum quas diximus ideſt priuationis expultrix & fugatrix. fitq; dei uoce ſic imperantis, q͞a nihil agũt cauſæ naturales, qđ nõ diuinæ artis ordo præceperit. Tum fit ex ueſpere & mane dies unus.

Fit ex ueſpẽ & mane dies unus

Lux bõa

Epilogus

Cum ex potentiæ actuſq; natura ſubſtantia tertia qđ cõpoſitũ dicimus diſſultauit. eſtq; ratio iam manifeſta iuxta hũc ſenſum cur dies unus dixerit non primus & merito lucẽ uidit q̄m bona. Cum nihil ſit aliud natura formæ quã primi boni imago tenuis & umbratilis ſimilitudo. Hactenus in uniuerſum de corruptili ſubſtantia qualis omnis quæ infra lunam eſt, ubi & cælum & terram ideſt trãſmutantẽ naturam & eam quæ trãſmutat᷑ & terrã eandẽ ideſt materia uidimus inanẽ omni ſpetie ſubſtantiæ uacuam itẽ omni forma accidentali, Superq; eam in trini dimenſus abyſſos extenſam priuationis tenebras inſidentes, non q͞dem illi intimas (Neq; enim priuatio materiæ eſſentia eſt ut probat Ariſtoteles) ſed extremã eius faciem occupantes. Vidimus item ſup aquas ideſt fluxas diſpoſitiones materiæ quaſi terræ præſentes ferri ſpiritum domini ideſt uim cauſæ agentis non uti cauſam principalem, ſed uti ſpiritũ domini ideſt organũ diuinæ artis quomodo ſpiritus noſter uitalis organum animi eſt. & ſtatim tractante ſpiritu aquas illas & peruadẽte ſubiectum iuſſu dei artificis exorta eſt lux ideſt formæ decus & ſplendor.

Cur ſup faciem abyſſi tenebræ.

Caput tertium.

Quid p aq̄s ſecũda die intelligamus.

Salamon

Platonici hebræorum imitatores.

Alexãder

Heraclitus Poetæ

Q m̄ autem a cõmunibus generalibuſq; ad ſpecialia recto ordine deſcendimus ut p̄bat Ariſtoteles, facturus hoc idem Moſes, poſtq̄ dixit de his quæ cõmunia ſunt rebus oĩbus elemẽtaribus, elementalẽ totam ſubſtantiã ſecũda die trifariã diuidit. Primo aũt intelligendũ materiales omnes formas, aquarum appellatione ab illo. hic deſignari quæ congruere magis ne poſſit q͞dem. Eſt enim in ſphæra hac rerum generabiliũ & corruptibiliũ ſtante materia quaſi alueo mari uti fluxus refluxuſq; undarum perpetuus indeſinens abeuntiũ & aduentantium formarum cõmeatio. Generatio ſcilicet præterit ut inquit Salamon, & generatio aduenit, terra autem ſtat ĩ æternum. Vocantur enim & formæ iſtæ apud Platonicos imitatores ſemper hebraicæ diſciplinæ generationes potiuſq̄ formæ quod fieri q̄ eſſe dici uerius poſſint. Ob quã etiam cauſam factum ut quo ſupra nomine, aquarum ſcilicet materię qualitates & accidentales formas uocauit. eodem hic uocauerit etiam ipſas materiales ſubſtantias, ſcilicet ut admoneret non id q͞dem quod credidit Alexander eſſe qualitates ipſas elementis formas ſubſtantiales, ſed quod Platonici magno opere confirmant eſſe ſpetiem omnem quæ in materia eſt ad accidentis fere potius q̄ ad ueræ ſubſtantiæ conditionẽ referendã. Quem titulum ſibi illa legittime uendicant quæ per ſe ſtant ſibi ipſis innixa & id quod ſunt uera ſunt ratione, ĩmixta rebus peregrinis & minime adulterata Heraclitus ſenſibilium rerum ſubſtantiã uocauit mare & apud poetas

in uolucris fabulaꝝ uelantes philoſophiã, Cum poſt Saturniã unitatẽ ideſt mũdi i-telligibilis unionẽ intra ſe oĩa implicantis in tres ptes ſenſibilẽ mundũ partirent, cę-leſtẽq; adſcriberent regionẽ Ioui, ſubterraneã Plutoni, Neptũo aũt mediã hanc .ſ. quæ a Luna ad terrã ꝑtendit, de qua nũc agim9, Neptũnũ maris dñm dixerũt, q idẽ apud Platonicos ꝑ ea uirtute accipit, quæ gñerationibus præeſt. Sed redeam9 ad Moſem diuidẽtẽ aquas ab aqs medio firmamẽto. Triplex.n. ꝑtitio corpoꝝ ſub-lunariũ. Alia ſupra mediã regionẽ aeris ſunt ſupma.ſ.pars eiuſdẽ elemẽti & puriſſi-mus ignis qd' totũ ætheris noĩe deſignat Ibi pura ĩ mixta & legittima elemẽta, Alia infra ipſum aeris meditulliũ quæ apud nos ſunt ubi elementũ puꝝ nullũ (Neq;.n. puꝝ elemẽtũ ſenſibile) ſed mixta oĩa ex fœculenta craſſioreq; parte mũdani corpis cõſtant. Intercedẽs regio aeris quæ hic dicitur firmamẽtũ, uñ & aues ſub firmamẽ-to cœli ab eo uolantes introducunt, ea eſt regio in qua ſublimes illæ impſſiões ap-parent, pluuiæ, niues, fulgura, tonitrua, cometæ, & cætera id genus. Vide aũt quam recte nõ ſolũ ſitu, ſed & naturæ ꝓprietate hoc firmamentũ ſupiora elemẽta ab infe-rioribus q̃ſi aq̃s ab aqs diſcriminat & diſtinguit. Supra eã pura ſunt elementa, ĩfra eam pfecta mixtione ab elemẽtali ſimplicitate diſcedũt, inibi mixta fiunt ſed imper fecta mediaq; ut dicat' ueriſſime inter mixtoꝝ elementoꝝq; naturam.

Elemẽtũ purum
Mixtum impfectũ
Mixtũ pfectum

Caput quartum.

Sed uideamus qd ultra? Moſes philoſophet' cõgregent' inquit aquæ quæ ſunt ſub cœlo in locũ unum, & appareat arida: Arida materia eſt uiti iã cõſtituimus nec ap-paret materia aut cõſpicit' niſi formaꝝ ſpetiẽ induta, ſed neq; apparet induta ſpe-ciẽ elemẽti, q̃a ut diximus & ꝓbãt philoſophi elemẽtũ ſimplex nec uideri nec tãgi nec ſub ullũ oĩno ſenſum cadere poteſt Si igit' q̃ inuiſibilis olim fuerat terra futuꝝ eſt ut ſub cõſpectum ueniat neceſſe eſt aquas quæ ſub cœlo ſunt, ideſt ſub media aeris regione cõgregari ad locũ unũ.i.ad cõem mixtionis colluiẽ cõfluentes certis legibus tñ quaſi littoribus præſcriptam in unã mixtionis formã coaleſcere. Quod aquis inferioribus ut oñdimus nõ item ſupirioribus accidit, ubi aut nulla prſus aut imperfecta mixtio. Quod ſi anima uegetalis mixtionis formã ſtatim conſequitur, Quid aliud a noſtro philoſopho exſpectabamus; q̃ ut poſt illam aquaꝝ cõgrega-tionem induceret ſtatim terram herbaꝝ fruticũ arboꝝq; fœcundam.

Congregãt' aquę in locum unũ & apparet terra.
Germiat terra splãtas.

Caput quintum.

Quãq̃ hinc uidebat' ordinẽ cõſequẽti ad aĩalia tranſeundũ quoꝝ aĩa uegetali ꝓxi-me iuncta eſt, tñ qm̃ ab aĩalibus ad hoĩem itur, in quẽ deſinit de mũdo corruptibili oĩs tractatio, iccirco interiecit Moſes aliqua de his quæ fiũt ĩ firmamento, & qbus ipſum ornat' uti terra ornat' his quæ in ea fiũt metallis plãtis & aĩantibus. Sũt aũt hæc impreſſiones illæ quæ ĩ ſublimi.i.in media regiõe aeris fiũt. hãc ſupra & cælũ & firmamentũ uocauit, hic aũt firmamẽtũ cæli; ut ſciam9 nõ illud eſſe qd' uere eſt cælũ, ſed qd' cælo ſubeſt. Quare & Ennius in achille hãc partẽ ſubiices dixit, ꝓpte rea qd' cælo ꝓxime ſit ſubiecta. has aũt impſſiones ſecundarias ſtellas & ſydera & aſtra a phis nũcupati notius eſt quã ut plurib9 cõprobet' aut duriuſculũ uideri ali cui poſſit nos de illis exponere quæ de ſyderibus hic dicunt'. Qm̃ aũt hoꝝ oĩs di-uerſitas ad duas pria cãs refert' caliditatẽ & frigiditatẽ referemus cõueniẽter quæ a cã ſunt calida ad ſolẽ quæ uero a frigida ad lunã. Neq; ob id ſolũ & ſolis & lunę & reliquoꝝ ſydeꝝ hæc ſibi appellationẽ uendicant qd' idem ſint ipſa inferiori cælo

Ennius

qđ illa sunt suo q̄q̄ dinmiori,uel ꝗ item simili facie se ostendāt hoibus lucētia pariter & coruscantia, quā qđ alia ex illis aliud in cælo sydus tā q̄ pricipem & ducē sequantᷓ. Vnde & signa eaꝝ sunt reꝝ,quæ sydera a q̄bus fuerint excitata portendere iferioribus soleant.hoc rei argumēto est illud quod motū sydeꝝ sequuntᷓ quoꝝ ui & influxu de terrestri cōfecta materia idest uaporoso halatu consistunt.

Cap ut sextum.

Manifesta iā quæ sequuntᷓ de aīalium deq; hoīs ꝓductione,Post plantas.n.ea sunt mixta quæ sentiūt & mouentᷓ,q̄q̄ & plantis stupidū sensū adscribant Pythagorici, qđ i ea quā parturimus cōcordia longioris subsellii ope discutiemus.Hęc āt aīnria quæ citra oēm cōtrouersiam motu sensuq; participāt, & hic a Mose & in Timeo iuolatilia & in aqs degētia & terrestria distinguntᷓ. Supremus oīum & priceps homo,quo mundi corruptibilis natura ꝓgressa sistit pedē & receptui canit.

Pythagorici. Timeus

Caput septimum.

Quēadmodū aūt iferioꝝ oīum absoluta cōsumatio est homo,Ita oīum hoīum absoluta est cōsumatio Christus.Quod si ut dicūt philosophi ab eo qđ uno quoq; i genere est ꝑfectissimū ad cæteros eiusdē ordinis quasi a fonte ois ꝑfectio deriuatᷓ,Dubiū nemini est a Christo homine i omnes homines totius bonitatis perfectionē deriuari.Illi scilicet uni datus spiritus nō admensurā ut de plenitudine eis omnes accipere mus.Vide quā haud dubiæ hæc ei prærogatiua debeatur deo & homini, quæ etiam qua homo est peculiari ei & legittimo priuilegio conuenit.

Christus nr̄a fœlicitas.

EXPOSITIO SECVNDA DE MVNDO CAELESTI.

PROOEMIVM.



Tres cāç q̄re Moses figurate scripsit.

SVrgamus ab elementis ad cælum,a corruptilibus ad icorrupta corpora, ant palā oibus fit eisdem uerbis q̄bus de elementali nobis tot natura mōstrata sunt de cælestibus itē altissima dogmata a ꝓpheta cōprehensa.Quod cū nobiscū aio reuoluem⁹,erit præter ea quæ diximus i ꝓœmiis alia nobis i prōptu rō.Cur gr̄a exēpli dicturus Moses de agente causa & de materia nō illā agentē expressis uerbis hāc materiā uocauit,sed cælū & terrā,& materiæ dispōnes, nō qualitates ut dicunt phi sed aquas;& formā lucē potius q̄ formā appellauit,Cometas item & fulmina & cætera id genus non ꝓpriis cognoibus,sed astra & stellas noīauit,atq; ita de reliq̄s.In exordiis q̄dem allata fuit a nobis cum ueteꝝ cōsuetudo scribendi res grandes physicas & diuinas occulte & figurate,tum rud tas aud toꝝ q cū splendorem disciplinæ Mosaicæ ferre non possent, oportuit uelata facie uerba facere illis,ne q illuminandi suscipiebantᷓ,nimio lumine obcæcarentᷓ. Nunc tertiæ rōnis habemus occasione,qa.s.si materiā & formā & qualitates & cām agentē noiasset,poterār illa q̄dē corruptibilis mūdi tractarib⁹ deseruire nō aūt & reliq̄s. Quare illud est incogitatū & miꝝ Moseos artificiū diuinaq; uere non humana idustria eis uti dictionibus itaq; orōnē disponere,ut eadē uerba idē cōtextus eadē series totius scripturæ figurandis mūdoꝝ oīum & totius naturæ secretis apte cōueniat. Hoc illud est in quo Moseos liber oēm gentiū & doctrinā & eloquētiā& ingeniū supat. hoc nouū illud & intactū adhuc qđ nos afferrē tētauimus.ut.s.factū a Mose id nr̄is hoib⁹ re ipsa cōprobarem⁹.Hæc est idea hoc est exēplar absolutissimi scriptoris,nō ob id solum ꝗ huiuscemodi scribendi gen⁹ ut supra demōstrauimus naturā effigiat & æmulatᷓ,

Mirum Moseos artificiū Absolutissimum scribendi genus

q̃ q; ſicut inter mẽtes angelicas auctore Dionyſio & diuo Thoma ſplẽdore noſtræ theologiæ illa eſt ſuprema,quæ pauciſſimis ea notionib9 & formis p intelligẽtiam cõprehẽdit,quæ iſeriores uariis & multiplicibus,ita inter ſcripturas illa ẽ ſũma illa apicẽ tenet oĩs pfectiõis,quæ pauciſſimis uerbis oĩa ueluti ſingula & cõgrue & ,p, funde cõplectit̃.Sed qd ,pp̃hãm ,pdeũtẽ reuelata facie moramur ultra,ut de cœleſtibus nos myſteriis alloquat̃ ſprius tñ q̃ loquentẽ ipſum audiamus,ut ſimus uerborũ illius capaciores præfari paucula quædam de cœlo decimo utile fuerit. Dionyſi9 Diu9 thomas.

Caput primnm.

S Vpra nouẽ cœloꝝ orbes.i.ſeptẽ planetas & ſphærã octauã quã uocãt inerrãtẽ nonũq; orbẽ q rõne nõ ſenſu deprehẽſus eſt,primuſq; ẽ iter corpora q̃ mouentur,creditũ eſſe decimũ cœlũ fixũ manẽs & quietũ,quod motu nullo participet.Neq; hoc tm̃ creditũ a nr̃is maxime iunioribus Strabo & Beda ſed a plurib9 ẽt hebræoꝝ,prætereaq; p̃his & mathematicis qbuſdã.E qbus ſatis duos ſit attuliſſe Abraam hiſpanũ aſtrologũ maximũ & Iſaac p̃hum,quoꝝ uterq; hoc atteſtatur Quin & hic Iſaac decimũ orbẽ ab Ezechiele deſignatũ intelligit p Zaphirũ in ſimilitudinẽ throni,ut color Zaphiri lucis nitorẽ.throni ſimilitudo imobilitatẽ eius ſignificet.Figuratas itẽ intelligit decẽ ſphæras a Zacharia per cãdelabrũ aureũ diſtinctũ ſeptẽ lucernis,& lampadẽ ſup caput eius,tũ ſup lãpadẽ oliuas duas.Cũ.n. ſeptẽ lucernæ ſeptẽ planetas idicẽt,& lãpas circulũ octauũ tot luminibus fulgentem,uult p duas oliuas indicari uonã & decimã ſphærã,,ptterea q; ex oliuis oleũ defluit ad lãpadẽ & lucernas,ad luminis nutrimentũ.Quare p rõnis ſimilitudinẽ cum cœloꝝ quos nos uidemus lux a ſupremis illis emanet & cõſeruet̃ (qui enim dat lucẽ idẽ cõſeruat)Merito illi quidẽ oliuis,hi aũt lucernis & lãpadi cõparant̃. Veꝝ ſi nõ pñt eiuſdẽ aquæ duo primi fontes cõſtitui,neceſſe eſt ex illis duabus ſupremis ſphæris alterã eſſe,quæ ſit principiũ totius lucis.Quod ſi ad alterã ad primã utiq;.i.ad decimã referẽdũ eſt,ut ſit ipſa q̃ſi unitas luminũ.tũ proxime lumen tota eſſentia ſuæ ſubſtãtię nona recipiat,Inde tertio ad ſolẽ plena pticipatione pueniat,a ſole aũt quarto iã ideoq; poſtremo gradu in oẽs ſtellas partibiliter diuidat̃. Supra igit̃ nouẽ cœlos decimũ ſtatuamus,quẽ theologi uocant empyreũ. Dubitatũ aũt a qbuſdã natura ne eẽt corporea an incorporea potius.Nã & unitatẽ forte decet ut numero coelemẽtali rñdet analogia naturæ,ita nõ eẽ genere eodẽ. Sed qcqd de hac qõne ſtatuat̃ remaneat in cõcuſſum inibi eſſe theſauros lucis,& inde qcqd hr̃ luminis uiſiturq; in corporibus q̃ſi a primo fonte in cætera deriuari.Neq; enim obſtat ſiqs credere ptinacius q̃ ucrius uelit nõ eſſe illũ natura uere corporea, qñ in phœnicũ theologia eſt,ut ſcribit Iulianus Cæſar i orõne de ſole,emanare lucem corporeã ab incorporea natura.Præeſt hic igit̃ nouẽ ſibi ſerie cõſequẽti ſuccedentibus cœlis quaſi dux exercitui quaſi forma materiæ & Monados typum gerens denarium implet. Cœlum empyreũ Strabus Beda Abraam Aſtrolo. Iſaac philoſophus Ezechiel de cœlo empyreo Zacharias. Fons unitas lucis. Vnitas Numer9 coelemẽtaris. Phœnicũ Theologia. Iulianus

Caput ſecundum.

V Eniamus ad Moſe; q dicturus de oĩb9 hũc tãq; primũ & principalẽ cœli peculiariter appellatõe dignatus ẽ,quẽadmodũ licet nouẽ choros angelicos,qa participant diuinitate uocare deos poſſumus.Vnde illud deus deoꝝ. Abſolute tñ eũ deũ dicimus nõ aliquẽ ex eis,ſed indiuiduã trinitatẽ accipimus preſidentẽ illis quẽadmodũ & empyreũ cœlũ nouẽ ſibi ſubiectis orbibus preſidet. Terrã autem uocauit octo ſphæras poſtremas,neq; id ſine cauſa,ſed ob id factũ quoniam huius Enarratõ uerborũ pphetæ. Cœlum Terra

Sphæra numeri extrema sibi terræ appellationẽ uendicant. Ea sunt luna & cœlum stellatũ
octa. quorũ utrũq; terrã uocare & ueteꝝ auctoritate & rõe prætcrea cogimur. De sphæ
Academi ra enim octaua frequentissimũ in cademia dare illi terræ appellatiõnẽ. Lunã item
ci. Aristoteles terræ similẽ dixit imitatus.s.Pythagoricos, qui eã & terrã cœlestem &
Luna terrestre cœlum appellãt. Sed uide quæ rõ ad utrũq; nos ducat. Si.n.in cœlo quæ
Aristote- rimus elemẽta lunã terrã statuimus infimã ignobilissimãq; oium sydeꝝ, uti est ter
les. ra oium elemẽtoꝝ opacitate itidẽ substãtiæ & maculis illi psimilẽ. Tũ aquã Mer-
Pythago curiũ uersipelle sydus & trãsformabile, ioq; apud Lucanũ undæ arbitrũ appellatũ
rici. Venerẽ aerẽ tẽperato calore uiuificã solẽ ignẽ rõne manifestissima, Tum ordine in
Lucanus uerso Martẽ ignẽ, Iouẽ aerẽ cognatũ Veneri natura, Saturnũ aquã senẽ.s.dãnatæ
Inane & frigiditatis, reliquũ ut sphærã octauã, & nõ erraticã terrã uocemus, uel ipso sic cõ-
uacuum. putatiõis ordine postulãte. Recte igit̃ hoc totũ qd' binis utrinq; terris cõcludit̃,
Tenebræ supra qd' nihil uisibile nobis, terrã uocauit, Tum subdit & terra erat inanis & ua-
Abyssus. cua inanitate.s.lucis nõ dũ a primo cœlo ꝓpagatæ ad eã, & reliquaꝝ uirtutũ, qua-
Non⁹ or rũ uehiculũ est lux. Neq; hoc dicimus ex nobis, sed ipse auctor declarat, cuius rei
bis aquæ dicat inanitatẽ adiiciẽs & tenebræ erãt sup faciẽ abyssi, altitudinẽ tãtã tot numero
orbiũ & mirã ꝓfunditatẽ iure abyssum uocãs. Veꝝ ne crederemus inter octauam
sphærã & sedes empyreas nihil mediũ esse, ut crediderũt multi sequuti inditia tan
tũmodo sensuũ, admonuit nos orbis intercedentis, quẽ p aquas ipse cũ figurauerit
cõsone a iunioribus chrystallinũ cœlũ est nũcupatũ. Sup hũc ferebatur aut ut ueri
Effren. tas hẽt hebraica, & Syrus Effren trãstulit incubabat huic spũs dñi.i.ꝓxie adhæ-
Spiritus. rens spiritalis olympus sedes spirituũ dñi fouebat eũ sua luce uiuifica, & recte ẽ fa
domini. ctum ut q attinẽs est principio lucis toto corpe & tota sui mole lucẽ cõbiberet, ꝓ-
ptcrea nobis inuisibilẽ qa corpulentia solidiore nõ terminat̃. Illi igit̃ primũ icubãs
suã lucẽ largiebat̃ empyreus, quæ mox & in reliqs sphæras quas p terrã & p abys
sum dicimus designatas excussis tenebris deo sic iubẽte est deriuata & factũ ẽ ue-
spere & mane dies unus, qa per lucis & superni influxus receptiõnẽ fœderant̃ pri-
Dies un⁹ mis cœli inferiores. Sũmatim igitur prima die & primi cœli eminentia in reliquos
Epilogus & deriuatio inde lucis ad eos, & p aquæ ac terræ cognomina de noni orbis & alioꝝ
multa proprietatibus indicantur.

Caput tertium.

I Am uero de motis orbib⁹ pticularius ꝓnũtiãs docet nõ erraticã sphærã quã
dicimus firmamẽtũ mediã eẽ iter duas aquas, cuius dicti rõ manifesta ex his
Firmamẽ quæ diximus, nã & nonus orbis & saturni planetes ut declarauimus aquaꝝ sibi ap
tum inter pellatiõnẽ uẽdicãt. Positũ ergo a deo est firmamẽtũ in medio aquaꝝ, & aquæ quæ
aquas. sunt sub cœlo cõgregatæ sunt ad locũ unũ & factũ ut appareret arida.i.terra to-
tũq; hoc ꝓcuratũ ad salutẽ uiuẽtiũ. Videamus qd hæc sibi uelint Moseos dicta,
Aquæ quæ sub cœlo sunt septẽ sydera sunt quæ sũt sub firmamẽto qd uocauit cœ
lũ, quoꝝ primus Saturnus, hæ aquæ cõgregatæ i locũ unũ iõ sũt, qa oĩs planetaꝝ
uirtus in uno sole collecta est, qd' oẽs phi oẽs mathematici uno ore cõfirmãt, & si
Oceanus hæc cõgregatio aquaꝝ dicta ẽ mare nõ absurde hic ille erit oceanus q pater deoꝝ
Terra ap & hoium ab illis dr̃ q planetas deoꝝ noie dignati sunt. Terra aũt qd aliud dice-
paret. mus q̃ lunã sic ab Aristotele & Pythagoricis nuncupatã, quæ tota prædicti ma-
ris undis obruit̃, nec utilis nobis nec uisibilis itẽ ẽ, sed tũc & alaliũ & nostri usibꝰ
idonea, Cum ab eo secedẽs mari magis magisq; sub aspectũ uenit. Tũc fertilis tũc

fœcũda eoꝝ p̄ſertim quæ a uectigali natura ſunt, Cuius munera auctio nutritio
& generatio. In hæc.n.præcipua uis lunæ ut dixerunt chaldei. Q̄d & hic a Moſe
apertiſſime demonſtraťCũ eã ſimul atq; apparet & herbaꝝ & fructicũ & arboꝝ
parentẽ facit. Vide ut nobis naturã lunę & ſolis paucisſimis figurateq; ſub indica
uit. Sed cur tacet de reliq̃s quẽ tracturũ de oĩbus ſufficiẽter & docte in p̄hemiis Cur de q
nr̃is p̄mittamus. Cur inq̃ cũ de decima nona octauaq; ſphęra de Saturno itẽ ſole tuor pla
& luna fecerit mentionẽ de quatuor qui ſupſunt Venere & Mercurio Ioue item & netis nul
Marte ne uerbũ quidẽ. Dixeris forſan iõ factũ q̃a rudis populus Solẽ tm̃ nouit & la mẽtio
lunã. Sed hoc p̄fugiũ ipſe mihimet ademi, nec poſſum nõ erubeſcẽs iſthuc diuerte
re q ſupra ſum atteſtat9 nihil p̄pterea obmiſſum a Moſe quod ad p̄fectã mundo Solutio
rũ oĩum intelligentiã facere. Dicat alius quod ſole ac luna egit egiſſe de reliq̃s, q̄d prima
hi regnũ obtinent cœli & cũ particularis alioꝝ ſit uirt9, uniuerſali hæc duo ſydera Confuta
influxu pollent. Sed neq; hoc nobis ſatiſfacit, & debuit eadẽ rõne obmiſiſſe Satur tio
num de quo tñ nos factã mentionẽ oñdimus. Altius credo latere myſteriũ ueteris Solutio
hebręoꝝ diſciplinæ, inter cuius de cœlo dogmata hoc ẽ p̄cipuũ cõcludi a ſole Io ſecunda
uẽ & Martẽ, a luna uero Venerẽ & Mercuriũ. Nec ſi hoꝝ naturas ſydeꝝ p̄ſite Cõfutatiõ
mus obſcura eſt rõ opinionis, q̃q̃ ipſi rõnẽ nullã ſui dogmatis afferã. Calat Iuppi Solutio
ter, calat Mars, calat & Sol, ſed martis claor acer & uiolẽtus Iouis bñficus, in ſole tertia
eſt acre illud ac uiolentũ Martis & Iouis beneficã p̄prietatẽ uidemus.i.mixtã ex Affinitas
his tẽperatãq; mediã quãdã ut ita dixerim naturã. Iuppiter fœlix Mars infauſtus ſolis cum
ſol partim q̃dem bonus p̄tim eſt malus radiatione bonus pocula malus. Eſt aries Ioue &
Martis domus cãcer dignitas Iouis, ſol in cãcro ſublimitatem in ariete dignitatem Marte
adeptus manifeſtã cũ utroq; ſydere cognitionem oñdit. Veniamus ad lunã quę & Affinitas
aq̃s Mercurii manifeſte p̄ticipat, & quãtã habeat cũ Venere affinitatẽ p̄ſertim hinc lunæ cũ
indicat q̄ ita in tauro Veneris domicilio ſublimať, ut nuſq̃ fœlicior aut magis bene Venere &
fica iudiceť. De cœlo igiť empyreo de nono orbe de firmamẽto de ſydere ſaturni, mercurio
deq; ſole ac luna q̃ reliqua cõplectunť ipſo ſilẽtio hui9 cõplexus nos admonẽs ſuf Epilogus
ficienter hactenus dixit.

Caput quartum.

Reſtabat ut poſtq̃ de natura ſyderum dixerat de opib9 deq; eoꝝ officio diſſereret
declarãs i quẽ uſum fũdata & cui muneri delegata a deo fuerit. Scito autẽ agi ad Timæus.
huc de cælo ut de lucido corpe. nihil de itellectu nihil de motrice ui eius adhuc di
ctũ a p̄pheta quẽ ordinẽ etiã timæ9 ſeq̃tur. Primo corpus fabricãs tũ corpori ab Motus
ſoluto aĩum apponẽs, cæleſtiũ corpoꝝ duæ in uniuerſũ manifeſtæ op̄ationes mo & Illumi
tus & illumiatio. Mot9 duplex ſtatuiť, alter mũdi toti9 quo cælũ & æther. xxiiii. natio.
horis p̄ totũ ſpatiũ uniuerſi p̄fecto ambitu circũuoluũť, alteꝝ ſydeꝝ p̄prius mul
tiplex & uarius inter quos principalis eſt motus ſolis q̃ ſpatio. xii. menſiũ Zodia
ci ſigna oĩa circuit. Ille diẽ facit unde & diurnus dr̃, hic aũt annũ reliqui ſyderum
motus uariis tẽpoꝝ ĩteruallis pagũtur. Recte igiť & breuiter nos oĩum admonuit
Moſes, cũ dixit poſita ſydera in firmamento in dies annos & tp̄a. Addidit in ſigna quid cæ
q̄d quia ſatis ab aliis ĩterpretib9 exponiť ego prætereo. Iudicauit prætèrea expreſ leſtia iflu
ſe reliquã op̄ationẽ ſydeꝝ quæ eſt illuminatio cũ dixit ſtatuta illa ut lucerẽt in cæ ant iferio
lo & terrã illuminarẽt. Q uãq̃ aũt diuerſæ ſint ſniæ ueteꝝ q̄d cæleſtia influant infe ribus
rioribus in quãlibet tñ apte cadũt. Moſeos uerba. Nã ſi nihil aliud influũt q̃ lucem Ariſtote
q̄d uideť. Ariſtoteles uoluiſſe ſi religioſo & nõ pro n̄ro arbitrio illius uerba iterp̄te les

temur, nihil poterat cogitari mosaicis dictis cōueniētius, si præter lucē calorē etiā
Auerrois influunt nihilq; præterea aliud ut Auerrois arabs & Abraā iudæus uolūt satis fuit
Abraam dixisse de luce aqua idē auctores prouenire calorē fatent̄. Si itē plures aliæ uirtu-
Auicēna tes atq; multiplices isthuc cælitus demittunt̄ ut Auicēnæ ut Babyloniis uisum nō
Babilonii temere de sola luce mentio facta. qñ ut ipse scribit Auicēna sola ē lux quæ reliquas
omnes uirtutes de cælo uehit ad nos. In hæc igit̄ ministeria & lunæ & solis & stel
larum sunt corpora distributa.

Caput quintum.

Reliquū erat ut & signorū quæ spectabilia sunt in Zodiaco, & eorū quæ quāq̄ in
Signa uisa nobis lōge tñ efficatiora in cælo sunt chrystallino mētionē faceret, De his.n.ni
octauæ hil hactenus dictū. hoc igit̄ sibi uolūt aialia quæ & aquæ ꝓducūt & terra ꝓducit.
& nonæ utiq; ille aquæ quæ sunt sup cælos & terra quæ ipm est firmamentū ut supra ē cō
sphæræ probatū. Signa.n. quæ in illis solis duobus orbibus uisunt̄ in speciē animaliū qua
lia quæ apud nos ab ægyptiis & indis notata sunt, quæ potuerūt illi & facilius &
ægyptii rectius q̄ nostri deprehēdere adiuti ab ipsa soli planitie & cæli serenitate. Alioquin
indi animaliū quæ hic sunt caduca ꝓductio nō magis attinet ad hæc duo elemēta terrā
& aquā quā ad reliqua uidelicet ignē & aerē, & quoniā aquæ dedit appellationem
orbi chrystallino congruenter quæ ibi animalia pisces, rursus quæ in firmamento
quod terram dicit iumenta & bestias uocauit.


Caput sextum.

De ui cæ Hactenus de corporea cælorū natura. Nūc prædita ea aio rationali declaratur9 al-
lorū mo- legorice homis meminit nō utiq; illius qui ē caducus & terreus & quē uidemus,
trice sed a quo ut inqt Plotinus is regit̄ homo q uidetur. Ille ipse anius ē rōnalis, quē ex
Plotinus eisdē elemētis, & in eadē patera ex quib9 & cæli aiam cū Timæus cōstituat nō in
Timæus cōgrue quæ dicūtur de homis aio ad cæli etiā aim trāsferūtur. Astipulātur nostræ
Sacræ lit expositioni litteræ sacræ, in quibus sæpe angelica oīs natura & rationalis p hominē
teræ designatur. Frequentissimū hoc in ꝓphetis de bonis angelis Et de malo etiā demo
ne, qui nihil natura differt ab illis scriptū est in euangelio inimic9 homo hæc fecit.
Adiecit igitur deus cælesti machinæ uiuā substantiā & rationalē participem intel
lectus. Ideoq; ad imaginē & similitudinem suā hanc noluit præesse his de quibus
Obedire paulo ante diximus animantibus .i. sydereis omnibus signis & planetis, quæ illius
cælestia ita nutu uersantur, ita dicto obediūt ut nulla mora nulla sit cōtumacia. Quod bru
suis mo- tis elementoꝝ corporibus nō pariter accidit. Neq; temere aliud iuenies in quo ma
toribus gis desudēt peripathetici q̄ ut probēt nihil reluctari cæleste corp9 suo motori quē
admodū nostra nobis corpa reluctātur. Quare neq; illis ut nobis ex ꝑpetuo motu
aut tediū aut difficultas aut fatigatio, hoc est imperiū quod tetigit Moses cælestis
homis in aialia, Non itē uacat mysterio q̄ illū hominē marē & fœminā creauit.
Epilogus Est enim hæc prærogatiua animorū cælestiū ut simul utrunq; obeāt munus & cō
tēplandi & regendi corpora, neq; aut hoc illi aut huic illud obstrepat impedimēto
ue esse possit. Vsurpatū autē maxime a ueteribus, q̄ in orphicis etiam hymnis ob-
quatenus seruamus duas has uires in eadē substantia, quarum altera contēplatur altera præ
a nobis est corpori cognominibus maris & fœminæ designare, hæc de cælesti mūdo de di
honoran uino. s. corpe de numero orbiū de natura & proprietatibus de officio. Postremo de
dus cælū motrice uim ei9 rōnali substātia deq; eius ingenio a ꝓpheta tradunt̄ Caput. vii.
Plato Nobilis hæc creatura & a nobis suspiciēda & celebrāda. Sed si uel platonicæ sen-

tentiæ ut theologos taceam cuius modo meminimus non sumus obliti temperatos animos nostros ab opifice deo in eodẽ cratere ex eisdẽq; elemẽtis cũ cælestib9 animis, uideamus ne nos illorum seruos uelimus: quorum nos fratres esse natura uoluit. Neq; nostram conditionem de hoc infirmo corpore metiamur. Neq; enim homo ut scriptum in alcibiade hoc quod uidemus fragile & terrenum: sed animus ẽ, sed intellectus qui omnem ambitum cæli omnem decursum temporis excedit. Cauendum igitur ne quod multi faciunt plus cælo dantes plus tribuentes q̃ sit necesse & uoluntati opificis & ordini uniuersi repugnemus simulq; ipsi cælo cui dei consilia & mundi ordo maxime cordi sunt: dum studemus placere displiceamus. Hoc admonent Chaldæi dicentes. Ne augeas fatũ. hoc predicat Hieremias. Ne timeatis inquit signa cæli quæ gentes timent. hoc precipit alibi propheta noster admonens cauendũ homini ne suspiciens solem lunã & stellas colat ea quæ deus creauit in ministeriũ cunctis gentibus. Quod si in eũ sensum quis non accipiat quasi illa seruiant nobis uti ignobiliora & mortua corpora, significari tamẽ intelligamus auctorem aut dominã naturæ nostræ eam substãtiã esse nõ posse, cuius uel altera ps etiã uilior aliqua parte quæ sit in nobis ignobilior inueniat̃. Neq;.n. in opere perfectius aliquid esse aut põt aut debet his quæ sunt in opifice, Illum igit̃ timeamus amem9 & ueneremur. In quo ut inquit Paulus creata sunt oĩa siue uisibilia siue inuisibilia. Quod est principiũ in quo fecit deus cælũ & terrã, hoc aũt est Christus. Ipse.n. pcunctatus quis esset optime sui gnarus rñdit, Ego principiũ q loquor uobis. Quare neq; stellaᵹ imagines in metallis, sed illius.i. uerbi dei imaginem in nostris animis reformem9. Neq; a cælis aut corpis aut fortunæ quæ nec dabũt, sed a dño cæli dño bonoᵹ oĩm cui data omnis ptãs in cælo & in terra & præsentia bona quatenus bona sunt & uerã æternæ uitæ fœlicitatẽ queramus.

Chaldei | Hieremias | Moses | Christus vnus colendus a quo oĩne bonum

EXPOSITIO TERTIA DE MVNDO ANGELICO ET INVISIBILI. PROHEMIVM TERTII LIBRI.



Actenus de cælesti mundo pro uiribus nostri ingenii mysteria Moseos reuelãtes disputauerimus. Nũc ãt qs dabit mihi pẽnas sicut colũbæ pẽnas de argẽtatas & rutilas pallore auri: & uolabo insup cælestẽ regionẽ ubi uera est qes uera pax uera trãqllitas, pax utiq; quã hic uisibilis & corpore9 mund9 dare nõ põt, Reuelate uos oculos meos ultramũtani spũs & contẽplabor miracula uestræ ciuitatis, ubi reposuit deus timẽtibus se, quæ nec uidit ocul9 nec auris audiuit neq; cor cogitauit. Cũ ãt de hac natura angelica & inuisibili ab hebræis ueteribus multa, multa itẽ a Dionysio tradant̃ erat cõsiliũ Moseos uerba exponere iuxta doctrinã utriusq; familiæ. Sed qm̃ quæ ab hebræis dicunt̃ cũ sint inusita ta apd̃ latinos itelligi a nostris hoibus facile nõ possent nisi a gemino qd̃ aiũt ouo exorsi pluria & fere oĩa ueteris disciplinæ hebraicæ gẽtis dogmata enarrem9. Cogitaui differẽdũ dõec de his alibi lati9 scripserim9, & nñatib9 notas fecerim9 illorũ opiniones: ubi q̃tũ ægyptiis monimẽtis, q̃tũ platonicæ phie, q̃tũ catholice ueritati cõsonẽt examinãtes, sicubi qdẽ cõcordabũt nobiscũ iubebim9 hebræos stare in antiqs patrũ suoᵹ traditiõib9, sicubi dissonabũt instructi catholicis legionib9 impressionẽ faciemus in eos. Deniq; quicqd alienũ ab euãgelica ueritate deprehẽdemus

Dionysi9 | Antiqua dogmata hebræoᵹ

confutabimus ꝑ uirili, quicq̃d sanctũ & uerũ, a synagoga ut ab iniusto possessore ad nos legitimos israelitas trãsferem9. Interea Dionysii uestigiis insistẽtes aut Pauli potius & hierothei quos ille ẽ sequut9 conabimur tenebris legis quas auctor legis spũs dei posuit suũ latibulũ ꝑ nr̃a imbecillitate lucẽ inuehere. Caput primũ.

Dionysi9 Paulus Hierotheus.

Q uicquid est post unitatẽ numerus unitate pfectus & cõsumatus est. Sola unitas omnino simplex a se pfecta nõ egreditur se, sed indiuidua simplicitate & solitaria sibi cohæret, quia supest sibi nullius indiga plena suis diuitiis. Numer9 sua natura cum sit multitudo unitatis beneficio fit simplex q̃tum ipse simplicitatis capax q̃q̃ autẽ numerus quisq; quo magis ab unitate fit procul in maiorẽ semper incidat multitudinẽ plusq; in eo dissimilitudinis plus ptium plus compositurae sit. nullus est tamen ita unitati proximus qui multitudo non sit aduentitiã habens unitatem unaq; nõ natura, sed compositione. trãsferamus hæc ad diuina more Pythagorico.

Vnitas. Numer9.

Solus deus qui a nullo a quo sunt omnia simplicissima essentia & indiuidua ẽ, quicquid habet a se habet, eadẽ re qua est eadẽ sapit eadẽ uult eadẽ bonus eadẽ iustus. Neq; rem aliquã intelligere possumus quia ipse sit prꝶterquã ipm esse quod ipse est. Cætera nõ illud. i. ipm esse, sed illo sunt. Igit̃ angelus nõ ẽ ipsa unitas, alioquin deus esset, aut plures essent dei quod cõcipi ne põt quidẽ. Q uid. n. erit unũ si ne ipsa quidẽ unitas una? Reliquũ ut angelus numerus sit, Q uod si ẽ numerus alia sui parte multitudo una. Est ãt oĩs numerus eatenus impfectus quatenus multitudo, perfectus autem quatenus unus. Q uare quicq̃d in angelo impfectũ est angelicæ multitudini, quã inde habet unde ẽ numerus. i. creatura, & quicq̃d perfectũ est accedẽti unitati quã inde habet unde deo cõiungit̃ adscribamus. Impfectionẽ in angelo duplicẽ inuenimus. Alterã quia nõ est ipsum esse sed essentia tm̃ cui pticipatu esse accidit ut sit. Alterã quia nõ est ipsa intellectio sed aduenit ei ut intelligat. Cũ ipse sua natura intellectus sit intelligẽtiæ capax. Pẽdet autem secũda ex prima quoniã q; ex se nõ est utiq; neq; itelligit ex se, cũ ibi esse nihil possit ubi non ẽ ipm esse. Vtrũq; igit̃ hoꝝ euenit angelo qua multitudo ẽ. Reliquũ ut absolutio illi & cõsumatio ab accedẽte desup fiat unitate. Deus autẽ unitas, unde ad angelũ & esse & uita & oĩs pfectio deriuat̃. Q uẽadmodũ autẽ duplex est impfectio quasi duplex multitudo, ita duplicẽ intelligamus unitatis accessum ut utraq; pficiatur. Prima ea est qua est essentia rudis ac informis expers uitæ & esse hæc est terra inanis & uacua quam & deus creauit. Nec forte crederes ut quidã crediderũt formationẽ tm̃ essentiæ ptinere ad opificẽ nõ autẽ & creationẽ. Simul cũ terra creauit & cælũ. id est actũ illius essentiæ pticipatãq; unitatẽ in multitudine hoc est ipsum esse. Vt sit quasi eadẽ creatio cæli & terræ utpote cõparis cõplexus & duarũ ad idem simili nexu conuenientiũ naturaꝝ. Nec dissõne a ueteribus ipsum esse pticipationẽ diuinitatis uocamus cælũ, quãdo & mundũ archetypũ Zenophanes sphæram appellauit & Saraceni quinimo & nostri deum circulũ uocant.

Amathematicis ascensus ad diuina. Terra inanis. Zenophanes Saraceni

Caput secundum.

Est angelus p ea quæ diximus iam suã naturã pfecte adeptus intellectualẽq; proprietatẽ. Verũtñ nõ dũ habet unde sua munera ipleat intelligẽdi. s. & contẽplãdi, nisi a deo pri9 formis ĩtelligibilibus uestiat̃. Propterea adhuc sunt tenebræ sup faciẽ abyssi. Abyssus intellectualis ꝓprietas ẽ profunda quæq; penetrãs & perscrutans, Sup hanc, tenebræ sunt, donec spiritaliũ notionũ q̃bus oĩa uidet & intuetur radiis

Tenebræ Abyssus

nõ illustrat̃. Scriptũ est autẽ sup faciẽ abyssi nõ sup abyssum. qa idem locus tenebræ & lucis. Lux autẽ.i. species intelligibiles faciẽ tenẽt, i. extrema angelici intellectus qa accidẽtes ei sunt qualitates nõ ad ipsius essentiã spectãt. Q uid ãt mediũ intercedat priusq̃ tenebra depulsa oboriat̃ lux statim annectit dicẽs. & spũs dñi ferebat̃ sup aquas. Dñi spũs qd erit potiusq̃ spũs amoris? Neq̃. n. spiritũ scientiæ ita ꝓprie dñi spiritũ dicem⁹. Q m̃ & sciẽtia qñq̃ abducit a deo, Amor ãt ad deũ sem pet adducit. Hic nisi sup abyssum illã ferat̃ nõ fiet lux. Q m̃ queãdmodũ nõ implebitur luce oculus nisi ad solẽ cõuersus, ita neq̃ angelus spiritali luce implet̃ nisi cõuertat̃ ad deũ, Motus aũt hic cõuersionis neq̃ est neq̃ esse aliud põt in natura angelica q̃ motus amoris. Erat igit̃ spũs dñi amatorius spũs sup abyssum. i. sup angelicũ intellectũ (intelligẽtiã. n. amor cõsequit̃) quo dũ acta & excitata angeli mens ad deũ cõuertit̃. Dixit deus fiat lux & facta ẽ lux in angelo lux. s. formaꝝ intelligibiliũ & fuit ex uespere & mane dies unus, qa ut ꝓbat Auerrois ex intellectu & intelligibili fit magis unũ q̃ ex materia. & forma qd' ut idẽ affirmat, & scribit etiam Moses Aegypti⁹ lõge magis in angelis q̃ in hoĩe ueꝝ deprehendit̃. Cuius ut illos obmittamus hæc nobis satis sit ratio q̃ species angelicæ mẽti indiuidua copula nõ ut humano intellectui accidit uaga & trãslatitia ꝑpetuis nexibus uniunt̃. Spiritus. domini Fiat lux Dies un⁹ Auerrois Moses ægypti⁹

Caput tertium.

Vidimus creatã a deo naturã angeli, eandẽ ad deũ cõuersam spiritu amoris, tũ ab eo illustratã & absolutã luce intelligibiliũ rationũ. Videamus nũc quo iter se ordine angelici exercitus distinguunt̃. Legimus ãt positũ firmamẽtũ in medio aquarũ ubi tres nobis angelicæ hierarchiæ (sic. n. eas semp usitato uocabulo appellabim⁹) indicant̃. harũ prima & ultia ꝑ aquas designat̃, illa ꝑ supcælestes, hæc per eas quæ sunt sub cælo, media illas diuidẽs dicit̃ firmamentũ. Q uæ oĩa si. naturã triũ hierarchiarũ & officia pẽsitemus cõsonare Dionysii doctrinæ magis nequeãt. Suprema hierarchia cũ ut scribit ille soli uacet cõtẽplationi merito ꝑ aquas figurata ẽ, quæ super cælos. id est super oẽm circa mũdana siue cælestia siue terrena actionẽ sunt constitutæ & deum perenni sono indesinenter laudant. Medius autẽ ordo cũ sit cælestibus officiis delegatus, ꝑfecto nõ poterat cõgruẽtius q̃ per firmamẽtum. i. per cælũ significari. Postrema hierarchia & si natura supra oĩe sit corpus supraq̃ cælũ, curat tñ ea quæ sunt sub cælo, & cũ diuidat̃ in principat⁹ archãgelos & angelos oĩm hoꝝ opatio oĩs circa ea ẽ tm̃ quæ sunt sub luna: prĩcipatuũ circa res publicas & reges ac prĩcipes ut ex Daniele cognoscimus archãgeloꝝ circa mysteria & sacras cerimonias. Angeli priuatis studẽt rebus & singuli singulis hoibus adhibentur. Recte igit̃ hic subcælestis exercitus per subcælestes aquas ẽ figuratus. Q ui & rebus præest fluxis atq̃ caducis & illi ordini subest q uersat̃ circa cælestia. Firmamẽtũ in medio aquarum. Aquæ supercælestes Firmamẽtum Aquæ subcælestes

Caput quartum.

Q uid aũt sit aquas quæ sunt sub cælo colligi ad locũ unũ dubiũ esset fortasse nisi hoc nobis Paulus declararet apud quẽ de his angelis q ad mundi huius obeunda munera mittunt̃ legimus esse oẽs administratorios spũs in ministeriũ missos propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis. Vnde possumus ĩtelligere subcælestes has aquas id est angelicos exercitus ad unũ locũ ad vnius scilicet hominis bonũ salutemq̃ ꝓcurandã congregatos pro qua & mittunt̃ ad nos & nunc secundũ quietẽ nunc ẽt uigilãtibus nobis, aliis atq̃ aliis & formis & locis & tẽporibus apparent. Paulus

Quæ sentẽtia quo pacto sit accipiẽda tũc demũ cognoscemus cũ & quo pacto id sit ue℞ quod dicit Moses,aquas.s.ad locũ unũ fuisse cõgregatas,animũ aduerterimus.Neq; eni illud ita est ue℞ ut nusquã distinctis disclusisq; in locis aquæ inueniantur,cum Indicũ mare ab hircano,hircanũ ab adriatico, adriaticũ ab euxino,in numera præterea fluuiorum fontiũ lacuumq; fluenta longissima locorũ inuicẽ intercapedine dispescantur.Sed ideo ad locũ unum congregatæ aquæ dicuntur,quia pticulares hæ atq; diuisæ aqua℞ collectiones uel marinæ uel fluuiatiles oẽs ut inquit Salamon ad primariũ mare tẽdẽtes in unũ oceani locũ uniunť & coeũt.haud aliter est nobis de his angelis intelligendũ,qui sublunaria curãt.Diuersis eni diuersi corpalibus rebus aliisq; ab homine psunt.Q m̃ quẽadmodũ Platonici, ita & nostri crediderũt uariis mũdi huius corruptibilis reb9 uarias spiritales substãtias a

Platonici deo præfectas.Quo circa & Augustin9 nullã esse uisibilẽ rẽ apud nos cui nõ præ

Augusti. sit angelica ptãs,& corpa oia p rationalẽ spiritũ uitæ regi constãter asseruit, id qđ

Grego. & Grego.postea cõfirmauit.Origenes similiter in cõmentariis in librũ numerorũ

Origeñ. opus esse inquit mundo angelis,qui bestiis præsint & animaliũ natalibus uirgul

Damasce torumq; etiã & plantationũ & cætera℞ re℞ incremẽtis . In qua sentẽtia cũ esset &

nus. Damascenus credidit angelũ q peccauit ex his fuisse q despicatissimæ notæ sint,& terrestri ordini præsint.Ve℞ quẽadmodũ hæc oia infra hoiem ad hoiem referunť. ita & ois circa hæc angelorũ cura illi potissimũ subancillať & seruit opæ & studio ut curẽt humana & nostræ auxiliãtes imbecillitati efficiãt,q̃tum quidem patimur ipsi ut pie atq; fæliciter uitã uiuamus . Quare & qđ sibi uelit illa aqua℞ collectio statim Moses intulit ut terra det fructũ herbas & plãtas arbores. Quæ autẽ hæc

Terra de terra ẽ præter eã de qua scriptũ in euãgelio ꝙ alia quidẽ affert fructũ cẽtesimum

qua i euã alia sexagesimũ alia trigesimũ?Terra utiq; animi nostri,de qua Paul9 hæc uerba.

gelio Terra excipiẽs frequẽter ueniẽtẽ sup se imbrẽ si generet herbã opportunã his q

Paulus bus colitur pcipiet benedictionem a deo,quæuero spinas & tribulos pfert reproba est & maledicto pxima.Cuius finis in adustionẽ.Curemus igiť & nos det terra nostra fructũ in tpe suo,det quasi herbas purgatorias uirtutes,det sciam & sapientiã q̃si maiores frutices,det absolutã pfectãq; uirtutẽ quasi libani cedros , ut sit finis eius bñdictio nõ sit adustio.Et audiam9 dicẽtẽ patrẽ.Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni quẽ bñdixit deus.Nec miret quispiã aliud cælũ nobis & terrã pri mo die significare,aliud nũc firmamentũ & aridam id quod ẽt in superioribus libris

Origeñ. obseruauimus,qñ & Origenes & Basilius & pleriq; alii uolũt aliud esse apđ Mo

Basilius. sem cælũ & terrã primo die,aliud aridã & firmamentũ die secũdo.

Caput quintum.

Fauẽt autẽ terræ huic nostræ cælestes etiã uirtutes.Posita.n.in firmamẽto & sol &

Dionysia luna & stellæ ut terrã nostrã illuminẽt.Vide q̃ hæc Dionysiacis mysteriis apte con

ca. ueniãt.Dixim9 de ultima hierarchia delegata curãdis rebus quæ sunt sub luna. id

Mysteria est hũanis.Nũc de media agiť,cui cælestiũ administratio demãdata. Neq; erit de tertia similiter expectandũ ut dicat,de qua dicendũ nihil præter ea quæ dicta sunt, esse.s.eã super cælos.id est supra omnẽ actionis motũ supraq; re℞ omniũ mundanarum administrationẽ contẽplationi tantũ addicta.hoc autẽ loco nec uiolentum, nec alienũ a sacris litteris existimem9 ꝙ lunã & solẽ uocet non quæ uidemus syde ra,sed rectores lunæ & solis angelicas uirtutes. Nã & scriptura cum dicit hominẽ

dei filium fieri p gratiā,hunc nō intelligit quē uidemus caducū & fragilē,sed q̄ re git hūc ipsum quē nos uidemus.& in regnū historia legimus iuxta Hebraicā litte raturā Salamonē his uerbis orantē.Exaudi o cælū,ubi nō cælum tamē,sed cæli ac terræ rectorē & dominū deū appellat.Ita & nos hoc in loco cū solē audim9 & stel las nō sydera,sed syderū præsides angelos intelligamus, qui cū ipsi sint inuisibiles, inuisibilē etiā terrā illumināt.substantiā.s.animi nostri.Nec aut temere aut uulga riter dictū statuta illa ut illuminēt. Sed tā,pprie tā consone his quæ attulimus, ut si non aliunde,hinc certe expositio nostra maxime cōprobetur.Cū enim (ut tradit Dionysius)tres sint actiões angelicę,purgatio,illuminatio,& pfectio, sic sunt distri butæ,ut purget ultimus ordo supremus pficiat.medius autē hic,de quo nunc agi- mus illuminet.Purgant igitur terrā nostrā aquæ inferiores,unde & nitida sub aspe ctum uenit.Purgatā cælestes illumināt.Supcælestes igneo quodā rore atq; uiuifi co pficiunt & fœcundāt,ad tantā sæpe fœlicitatē,ut nō salutares iā herbas sed ipm germinet saluatorē;& nō una uirtus sed Christus plenitudo omniū uirtutum for- metur in nobis.

Historia regum

Caput sextum.

Sequit̄ dari ab elemētis habitatorū multitudinē pisces aues & bruta,ubi me ma- gnæ pfecto angustiæ tenuissent quales nusq̄ alibi ī toto hoc nostro ope,nisi p̄sto mihi esset & Esaias apud quē alata legim9 Saraphin,& Ezechiel apud quē si He bræis credimus & aues & bruta spiritales etiā nobis substātias indicāt,nisi accur- rerent suppetiatū ueteres Hebræi,qui oēs hoc loco angelicā multitudinē insinua ri uolunt a Mose,Dicamus igitur sectātes hoꝝ uestigia redargui hic a,ppheta er- rorē philosophoꝝ,qui crediderūt principales quidē aliquas esse substātias intelle- ctuales,sed negauerūt singulas ex illis(quod dicūt theologi)numerosæ deinceps multitudini ut legionibus duces præesse. Cū ergo nouē ordines angelicos cogita- mus,sitq; unusq; ordo suū ducē sortitus,fingam9 animo ducē illū & principē qua si maximā sphærā cū sequacē exercitū quasi sphæræ illi9 habitatores & ornamētū sicut in aq̄ pisces in aere aues in terra bestias in sphæra octaua sydera cogitamus. & uerū erit illud Danielis decies milia assistebāt ei. & mille millia ministrabāt ei.


Christus plenitu do oium uirtutū Esaias Ezechiel Veteres Hebræi Vnitates angelica tum legionum. Daniel.

Caput septimum.

Postremo hominis meminit nō quia homo sit angelus,sed q̄a angelici mundi finis & terminus quēadmodū & de natura corruptibili agēs hoiem ēt attulit illius na- turæ,nō ptem sed principiū & caput.Q uo fit ut ad tres mūdos tractatus hois pti neat ad eū qui sibi est ,pprius & ad utrunq; extremū incorporeū.s.& elemētarem. quoꝝ ita est medius ut alterius finis,alterius principiū statuat̄. Sed uideo paratū laqueū nostræ expositionis,cū subiiciat̄ præesse hominē piscibus maris auibus & brutis.Nā si illa nobis naturā angelicā significāt,quo pacto ueꝝ erit quod scribi- tur præesse hoiem illis quē deminutū ab angelis & sciūt philosophi & ,ppheta te- statur.Adsit ille nobis & laqueū cōterat qui & cōtriuit Sathanam sub nostris pedi bus Iesus christus primogenitus ois creaturæ . hic laqueū ,pfecto cōterit & nodū oēm soluit & abrūpit , qm̄ nō solū in eo in quo tota diuinitas corpaliter habitauit adeo sublimata est natura hūana ut homo Christus q̄ homo ē si credim9 Diony- sio angelos doceat illuminet & pficiat, tāto ut inqt Paulus melior angelis effectus q̄to differētius,p̄ illis nomē hæreditauit . Sed & nos oēs q̄bus data ptās filios dei fieri,p gratiā cuius dator ē Christus,supra angelicā dignitatē euehi possumus.

iesus christus prio genitus ois creaturæ Dionysi9 Paulus

EXPOSITIO QVARTA DE MVNDO IDEST HVMANO DE HOMINIS NATVRA. PROOEMIVM LIBRI QVARTI



Ostq̃ de oibus mundi partibus deq; omni natura cęlesti angelica & corruptibili tractatũ satis ꝓpheta ostendim⁹ reliquũ (si ꝓmissi memores sũm⁹) totã iteꝝ lectionẽ de hoĩe interpꝛtari, hoc re ipsa cũ ꝓbaturi, nulla esse i uniuerso hoc ope orationẽ, quę uti de trib⁹ mũdis de qb⁹ actũ su pius ita de hoĩs ẽt natura recõditos sẽsus & ueritates altissimas ñ cõplectat᷑ Nec min⁹ fecerim⁹ opeꝑtiũ si i hac qrta explicanda enarratiõe diligẽtes fuerim⁹ q̃ factũ i suprio rib⁹. Q nã utilis.n. homini q̃ necessaria sit sui cognitio (ut ꝑtereã litterã dephicã) ita ẽ a Platõe in prio Alcibialde demõstratũ ut nihil fecerit reliquũ posteriorib⁹ q; sup hac re q̃si nouũ afferre tẽptarẽt, & ꝑfecto improbũ ac temerariũ illi⁹ studiũ qui adhuc sui ignarus adhuc nescius an scire aliqd possit, reꝝ tamẽ, quę tã ꝑcul ab ipso sũt, cognitionẽ sic audacter affectat. Redeam⁹ igit᷑ i nos: & uideam⁹, ut ait ꝓpheta, quãta bona fecit de⁹ aĩę nostrę. Ne si forsitan insemet agnoscẽda min⁹ diligẽs fuerit audiat patrẽ dicẽtẽ i cãticis: si te ignoras o pulcherrima mulieꝝ egredere & abi post uestigia gregũ tuoꝝ, Videtis quę nos maneat pœna nostrę ignorationis, Abeũdũ ẽ.n.a patre.s.quã abitionẽ & exhęredatio seq᷑, qua qd iscœlicius: Egrediẽdũ itẽ est: utiq; ex nobis. Neq;.n. apud se est animus: q se ipsũ nõ uidet. Q ui aũt se exit a se diuellit᷑, quo qd acerbius: Eundũ tertio post uestigia gregũ nostroꝝ.i. post brutoꝝ uestigia, quę sunt in nobis, de qbus in expositione satis dicemus, quo qd miserius: qd despicatius & cõtemptibilius: fieri.s. pedissequos bestiaꝝ quaꝝ nos duces natura statuerat. Igit᷑ nõ post brutoꝝ sed post Moseos uestigia incedẽtes ingrediamur nos ipsos ingrediamur animi penetralia ipso nobis ꝓpheta aditum reserante, ut in nobis cum mũdos oẽs tum & patrẽ & patriã fœliciter agnoscamus.

Lr̃a delphica · *Plato* · *Triplex pœna ignorationis sui* · *Supra se* · *A se* · *Post se*

Caput primum

Priusq̃ iuxta uerba ordinẽq; ꝓphetę expõnẽ accuratius digeramus, oportet pręfari aliq̃ de hoĩs natura obiterq; dictiones aliquas exponere, ut totius deinde sensus aptior sit intellectus. Cõstat homo ex corpore & aĩa rõnali. Rõnalis animus cęlũ dicit᷑. Nã & cęlũ aĩal a se ipso motũ uocat Aristoteles, & aĩus noster (ut ꝓbãt Platonici) substãtia ẽ se ipsam mouẽs: Cęlũ circulus ẽ: & animus itidẽ est circulus, qn ĩmo ut scribit Plotinus, ideo cęlũ circulus, qa aĩus eius circulus est. Cęlũ in orbẽ mouetur. aĩus rõnalis a causis ad effectus se trãsferẽs, rursusq; ab effectibus recurrens in causas rõcinatiõis orbe circũuoluitur. Atq; hęc qdẽ si singula essent enarranda his. qui alibi ea nõ legerũt, non Moseos iam, sed Aristotelis Platonisq; essemus interpretes. Corpus dicit᷑ terra, qm̃ terrosa & graui substãtia est. Q uare & de humo factũ (ut scribit Moses) homini dedit appellationẽ, Veꝝ inter terrenũ corpus & cęlestẽ animi substantiã opus fuit medio uinculo, qđ tam distãtes naturas inuicẽ copularet. huic muneri delegatũ tenue illud & spiritale corpusculum, qđ & medici & philosophi spiritum uocant. Q uem & diuiniore esse natura q̃ elemẽta & cęlo ꝓportione rñdere, Aristoteles scribit, hic lux nuncupatur, quę cognominatio cõuenire magis nõ posset phliosophoꝝ sententię & medicoꝝ, quoꝝ oĩum communis est cõsensus, esse illũ substantia maxime lucida, & nulla re magis q̃ luce gaudere

Animus rõnalis · *Aristote.* · *Platonici* · *Plotinus* · *Corpus* · *Spiritus* · *Aristote*

foueri & recreari. Acceditq; queadmodū ōis cælorum uirtus(ut scribit Auicēna) uehiculo lucis ad terram trāsfert, ita ōis animi uirtus, quē cælū uocauimus, ōis potestas uita.s.motus & sensus lucido spiritu intercedēte ad hoc corpus terrenū, quod terrā uocauimus cōmeat & trāsfuudit. Descendamus iam ad uerba ꝓphetæ, apud quē primo uidemus creari cælū & terrā extrema.s.nostræ substātiæ uim rōnalem, & corpus terrenū quæ postremo cū fit lux.i.lucidus accedit spiritus, sic uniuntur, ut ex uespere & mane.i.ex corporis nocturna & matutina animi natura unus fit homo.& qm̄(ut ostēdimus)ꝑ hāc lucē ōis uitalis sensualisq; uirtus ad terram nostram descēdit, merito ante lucis natale terra fuit inanis & uacua. Cui uitæ motusq; beneficia nisi per internūtiū lumen paticipare suū cælū nō poterat. Quare & statim cām adiunxit inanitatis, quia.s.sup eā adhuc tenebræ erāt luce nōdum exorta. Auicēna

Caput secundum.

Duplex (uti ostendimus) supremæ huius fœlicitatis natura ẽ capax, angelica & humana. Illa cælũ, hæc terra dicit̃, quia angeli cælũ, nos terrã inhabitamus. Et de cælo non est ꝙ dicat amplius, quia nõ angelorũ, sed hominũ legem scripturus est, Ad homines igitur descendens inquit. Terra erat inanis & uacua, & tenebræ erant super faciem abyssi. Non creat deus inanitatem, non creat tenebras. Sed terra (inquit) inanis & tenebræ erant, Non dicit hæc fuisse creata, sed fuisse. Quod cur sit dictum patebit simul cũ cognouerimus quæ hæc inanitas, quæ hæc tenebræ sint. Natura humana, quæ terra dicit̃ angelis compata, statim ab initio, quia statim peccauit, inanis erat & uacua originali iustitia, & peccati tenebris facies eius id est ratio obducebatur, Neq; hæc fecit deus, sed hominis malitia, qui uolens se his bonis priuauit, quibus illũ deus ditauerat. Sic naturæ corruptæ status a propheta describitur, quæ quo pacto deinde adeo per Abraã per Mosem per prophetas nouissime uero per unigenitũ filiũ suũ & pristinæ dignitati restituta, & ad summã fœlicitatẽ parata fuerit in sequẽtibus demonstrabit. Verũ & quo tẽpore aquæ obductæ tenebris erant infectæ scilicet primæuis sordibus notæ originalis, spiritus tamen domini fouebat eas. Quod est dupliciter intelligendũ, & ꝙ lumine diuini uultus quod signatum est super nos id est lumine naturalis intelligentiæ homines regebantur. & ꝙ diuinæ tum prouidẽtiæ cura humanũ genus destitutũ nõ erat, sed spiritus domini fouebat aquas spũs ille, qui (ut ait apostolus) intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus & tũc assidue cogitabat quo pacto illas a uenenis purgaret: quib9 antiquus serpens eas infecerat. & ecce statim iubet oriri lucem, & orta est lux. Abraam scilicet ille sapiẽtissimus fundator primus ueræ religionis. Primus, qui & naturæ legẽ absolueret, & de diuina lege meditaret̃, Primus qui cultum unius dei aduersus idola & gentes hominibus psuaderet. Primus qui & tenebras erroris depellere, & malis dæmonibus qui principes tenebrarũ dicunt̃ bellũ indicere ẽ aggressus, unde merito lux cognominatus, Qđ quia & discipuli domini oẽs fecerũt oẽs a domino lux mũdi sunt appellati. Hæc est lux prima quæ mũdo affulsit, & inter dæmonũ ueriq; dei religionẽ quasi inter lucẽ tenebrasq; distinxit.

Natura angelica & hũana capax est supernæ fœlicitatis.

Aposto.

Abram

Caput Secundum.

Hunc sequuta est lex, quæ merito cognomẽto dicit̃ firmamentũ statim in sui exordio hoc ipso. s. ꝙ nunc tractamus annuntiãs nobis opera manũ dei (ut cecinit Dauid. & opera manuũ eius annuntiat firmamentũ). Data igitur lex ꝑ angelum Mosi firmata uerbo dei, quæ adhuc magis q̃ supior lux gẽtes ab Israelitis id est in pietatem a pietate quasi aquas supcælestes ab aquis quæ sunt sub cælo discriminauit. Dicuntur autem Iudæi aquæ supercælestes, quia soli (ut inquit Hieremias) signa cæli non timent. quæ gentes timent soli non aut stellas aut cælum, sed stellarum & cæli auctorem ac dominum & agnoscunt & agnitum colunt ac uenerantur. Gentes autẽ cõtraria ratione aquæ sub cælo sunt quando & dæmones caliginosi aeris incolas, quæ regio supra aquas est, adorant & colunt: & uisibile cælũ sydera & planetas sibi deos ac dominos faciunt.

Lex Mosaica.

Hierem.

Caput Tertium.

Erat autẽ futurum, ut nisi maior aliqua uis & misericordia dei obstaret aquæ quæ

sunt sub cœlo.i.idolis seruientes totam terrā inuaderent & occuparent,Sic infectio
totius mundi de prima macula,Sic Sathanæ ultoris imperium & ius I nos reos an
tiquæ noxæ & huiusmodi seruitutis pene obnoxios postulabat .Sed benefica semp
& salutaris prouidentia dei unam ex terræ partibus & si exiguam quantum iusti-
tiæ leges patiebantur ab aquarum iniuria liberam esse uoluit.hæc est Iudæa uoca
ta terra ꝓmissionis,quia & Abraæ & posteriati a deo promissa fuit. Cui nostræ ex
positioni prophetæ omnes astipulantur, apud quos totiens gentium impetus in
Israelitas aquaꝝ & maris incursionibus comparatur.hinc illud eleuauerunt flumi-
na uocem suam,& mirabiles elationes maris, & illud sonuerunt & turbatæ sunt
aquæ eoꝝ,& non timebimus dum turbabitur terra & transferentur montes in cor
maris.& profecto non aliter Iudæam intra haud magnæ regionis terminos conclu
sam circūuallabant gentes,q̄ nunc terræ hanc portionē utiq; modicam quam habi
In litteris tamus undiq; circūuallet oceanus.Sed & pluribus in locis euidentissime in litte-
christiāis ris Christianis per quas gentes designantur.Nam & scriptum est aquæ quas uidi
p aq̄s gē sti gentes sunt,& cum dominus Iesus uinum fecit ex aqua, quod in pharisei domo
tes desi- defecerat,figurate ut nostri scribunt significauit aquas idest gentes ad eam fidem
gnantur. esse uocandas.Quæ apud Iudæos apud quos fuerat antea imposterum deficeret.
Dñs Ie- Itidem in mysteriis tradunt iccirco aquam uino misceri q̄ aquæ.i. gentes sanguinē
sus. Christi per fidem crucis hauriant & cōbibant.Illa igitur pars asserta a iugo aqrū
Quare i dei prouidentia fuit,ut si reliqua terra obruta undis spiritalis nequitiæ inutilis & de
mysteriis serta erat futura nec idonea fructibus ueræ religionis,hæc saltem esset,quæ luce su
aq̄ uino scepta quam protulit prima dies & rore cœli quod secunda statutum est idest do-
misceat. ctrina legis ad ubertatem adiuta geminaret interea quasi herbas plantas & arbo-
res iudicia cerimonias & bonos mores,donec cum temporis plenitudo uenisset ip-
Esaias sum etiam quod Esaias optabat saluatorem fœlicissima germinaret,

Caput Quartum.

Messias. Et ecce iam temporis plenitudo. Si enim numerus quaternarius plenitudo est nu-
meroꝝ nō ne erit & dies quartus plenitudo dieꝝ.Videte igitur quid nobis afferat
quartus dies,Cælum scđo die firmatū idest lex sine sole ac luna ac stellis erat, ca-
pax quidē futuræ lucis,sed obscurum adhuc nec insigni aliquo lumine illustratū.
Aduenit dies quartus,quo sol dñs firmamēti idest Christus dñs legis & lunaris ec
clesia Christi compar & sponsa,& qui multos ad iustitiam erudirent apostolici do-
ctores in firmamento uti stellæ in perpetuas æternitates elucescerent ad æternam
.s.uitam mundum uocantes.Sol firmamentum non dissoluit,sed perficit,& Christ9
Abraam legem non uenit ut dissolueret,sed ut perficeret.Lux primi diei Abraam pientissi-
pientissi- mus uidit diem quartam,quæ est dies Christi & gauisus est. Vidit radium suæ lu-
mus. cis.i.ueræ religionis,quem mūdo intulerat ꝑ solem iustitiæ per lucem ueram illu-
Iesus chri minantē omnes hoies in uniuersum orbem latissime diffundendum . Vidit Iesum
stus splē Christū splendorē paternæ substantiæ illucescentem his qui in tenebris & umbra
dor pñæ mortis sedebant,& pricipē tenebraꝝ principem mūdi huius eiici foras,& de menti
substātiæ bus hoium extermīari.Hæc uidit & exultauit, uidit diem quartā & lætatus est,
Hæc dies quā fecit dñs,qua dñs homo fit qua deus habitauit in nobis, exultemus
& nos & lætemur in ea.Quam autem uera q̄ solida sit nostræ ratio expositionis at
tendatis quæso paulo diligentius christiani fratres. Vnde & uobis potentissima

tela cõtra lapideum cor Hebræorum de armamẽtariis eorum petita subministrabuntur Probabimus aũt illud primo ex testimoniis Iudæorum per opera diei quarti aduẽtũ Christi nobis significari. secundo oñdemus nobis Messiam repręsentari per nullã rẽ cõgruẽtius quam per solẽ, colligemus euidentissime ex temporum ratiõe non uenturum in posterũ Christũ, sed Iesum ex Nazareth filiũ uirginis promissum Hebræis Messiam fuisse. Est inter decreta ueteris Hebraicæ disciplinæ per sex dies geneseos sex mille annos mũdi sic designari, ut sint quæ hic dicunt opera primi diei uaticiniũ eorum, quæ primo mũdi millenario futura erãt ut cõtingerẽt, opera itẽ secũdi eorũ quæ in secũdo, & sic deinceps eodẽ semper utrobique successionis ordine seruato, cui sententiæ etiã attestatur inter Iuniores Moses Gerundinẽses theologus primæ celebritatis apud hebræos. Meminit & Diuus Hieronymus in expositiõe psalmi illius, qui Mosi inscribitur, uideturque opinio hæc fundamẽto præcipue illi inniti quod mille anni (ut inquit propheta) unus dies sunt apud deũ. Quartus igitur dies si uera est hæc doctrina, uaticiniũ est eorum, quæ quarto millenario mũdi euentura sunt. Age nũc ostenda mus iuxta annales Hebræorum & quã approbãt ipsi annorũ supputationem quarto mundi millenario Iesum apparuisse. cõputãt illi ab Adã ad diluuiũ ãnos mille quingentos, quinquaginta sex, a diluuio ad Abraã annos ducẽtos & nonaginta duos, atque ita ab Adã ad Abraã colliguntur anni Mille octingenti. xlviii. A genitura autẽ Isaac ad ruinã secũdi tẽpli, quæ fuit post Christi mortẽ numerãt annos circiter (neque enim reseco ad uiuũ) mille sexcẽtos sexaginta, Supputãt enim ab Isaac ad exitũ ex Aegipto annos quadringentos & triginta, ab exitu ad templũ quod Salamon ædificauit totidẽ fere. a Salamone ad tẽpli desolationẽ per Babylonios annos quadringẽtos & decem, a tẽpli instauratione sub Esdra ad hanc sub Tito captiuitatẽ annos quadringẽtos. xx. Itaque si oẽs simul collegeris, cõputabis a mũdi exordio ad Christũ iuxta ipsorum Hebræorũ mentẽ annorũ tria milia quingentos & octo: ut & in ipso quarti millenarii medio Christus aduenerit & intra eiusdẽ millenarii quasi intra termios quarti diei & lunæ. i. ecclesiæ lux toti mũdo affluxerit, & inumerabilis martyrũ apostolorũ doctorũque multitudo quod intra quingentos annos post Christi mortẽ oẽs claruere & firmamẽti. i. legis obscuritatẽ & nostræ noctis tenebras illuminauerint, At dicẽt Hebræi Esto per hæc tempora Iesus aduenerit. Nõ dũ habes Iesum Christũ fuisse nisi ostenderis creditũ a nostris futurũ ut per ea tempora Christus ueniret. Bene res habet & æquũ postulãt. & nos præstare facile possumus quod iure postulãt. Manifesta enim uulgata publica apud eos feruntur Heliæ oracula citra oẽm figurã citra uelamẽ ex professo dicẽtia quarto mũdi millenario uenturum Messiã, quæ ne uel ficta uideantur a me uel pro arbitrio interpretata afferã testimonia ipsorum Thalmutistarum, cũ quibus nobis ẽ cõtrouersia, qui & illorũ faciũt mentionẽ & ipsa ueritate cogẽte fatentur præteriisse tẽpus ab Helia prædictũ de aduẽtu Messiæ. Verba hæc sunt in particula quæ inscribitur Anodazara capite libne edeem Tana dbe elihau feseth alaphim sana haue haolam, Sene alaphim tohu, usne alaphim thora, usnæ alaphim Iemoth hamas sihi uba hauonothema serabu iashu meon meseias. hæc sic latinæ interpretemus uerbũ uerbo reddẽtes, Dixerũt filii siue discipuli Heliæ. Sex mille annorũ mũdus. Duo mille inane, Duo mille lex, Duo mille dies Messiæ, & propter peccata nostra quæ sunt multa prætererũt de eis quæ prætererũt. Hæc illi. Age nunc ipsis uerbis ante omniũ oculos propositis postquã nec cõmentitiũ nec arbitrariũ ego quicquam afferre pos-

Dogma hebræorum

Moses gerundinensis

Diuus hieronymus.

Dies dei mille ãni

Quo tempore Iesus apparuit iuxta annales Hebræorũ.

Heliæ oracula

Thalmutistæ.

ſum diſcutiamus examinemuſq; uerba oraculi & ſtatim propoſiti cõpotes erimus. Sex mille annoꝝ inquit eſt mundus,qđ uel ſic interpretemur Poſt ſex mille ãnoꝝ curricula,qđ ẽt ex nr̃is multi crediderunt,conſumationẽ mũdi q̃ſi ſabbatũ futurã uel ſi(qđ ẽ uerius)illã diẽ nemo nouit,in hunc ſenſum accipiamus, de ulteriori.ſ. tpe nullũ in lege uaticiniũ hr̃i,ſed hoc ad ꝓpoſitã nõ attinet q̃õnẽ. Videamus qđ

Hebræi interpretes. ſeqt̃,Duo mille inane Duo mille lex tũ Meſſias.inane uocat(ut hebrei oẽs interpretes dicunt)tp̃s ante traditã a deo hominibus ullã legẽ.Sed uideo inſultantẽ Iudæum dicentẽq; ſi duo mille anni ſunt ante legẽ & duo mille legis uenturus ergo Meſſias nõ q̃rta die.i.dũ quartus agit̃ millenarius,ſed die poti9 q̃nta q̃a poſt q̃rtũ .ſ.millenariũ.Sed.n.r̃ñſio facilis,ut quã ueritas animoſa ſuppeditat. Qđ.n, dicit̃ ab Hælia duo mille inane. Duo mille lex,haud ſic accipiẽdum q̃ integrũ tempus duo mille annorum futurus ſit mũdus abſq; lege,ſimiliterq; duo mille annos ꝑmãſura ſit lex,ſed ꝙ & tempus legis naturæ ad ſ̃m perueniet millenariũ, & tempus legis ad q̃rtũ uſq; ꝑueniet.Sed & anteq̃ ſecũdus exactus ſit lex, añq̃ q̃rtus elabat̃ erit Meſſias. Quã ego expoſitiõem mihi ipẽ nec fingo nec ſomnio,ſed eam me ipẽ

Helias Thalmutiſtæ. Helias docet,ipſimet docent & Thalmutiſtæ.Qđ tibi etiam Iudæa aſpis(niſi aures occludas)mox erit manifeſtũ.Inquit Helias duo mille inane. & duo mille lex.

Pricipiũ legis q̃uo accipi debeat. Videamus in quẽ ſenſum fuerit ucꝝ qđ dicit̃ de inani,indeq; diſcamus rõnem exponẽdi id,qđ dicit̃ de lege.Principiũ legis aut a Moſe accipimus aut ab Abraam A moſe accipi nõ põt q̃m fuiſſet inanitas ſupra quã ꝑ duo mille & tercentoſ ãnos aut circiter.Toridẽ.n.fere ab Adã ad Moſem. Accipiẽdũ igit̃ legis principium ab Abraam,cui datũ fœdus circũciſionis totius antiquæ legis radix & firmamentũ,ab Adã aũt ad Abraã ſi ſuas cõſulãt hiſtorias haud integrũ ſpaciũ duo mille annorũ ſed mille dũtaxat octingentos quadragintaocto effluxiſſe ĩueniũt.Quo fit ut nõ poſt ſcđ'm millenariũ,ſed intra eius terminos inanitati:legis plenitudo ſuccederet. Quare eadem rõne nõ poſt q̃rtũ millenariũ,ſed dũ q̃rtus ageret̃ inanitati legis,plenitudo euangelica ſuccedere debuit.qđ ſi ĩpudẽter ẽt & ꝑtinaciter negare ꝑtendant audiant ſuos Thalmutiſtas nr̃am ſniam maxie roborãtes.Fatent̃.n.ipſi iã tũc

Thalmutiſtæ. cũ ſcribebãt ꝑteriiſſe tp̃s ab Helia ꝑdictũ de aduentu Meſſiæ, idq; ſuis imputant peccatis.Qđ ſi uerba Heliæ ſic accipent̃,ut poſt q̃rtum millenariũ Chriſtus eſſet uenturus non intra fines ipſius quarti,nec dixiſſent nec dicere potuiſſent Thalmutiſtæ ꝑteriiſſe tp̃s ꝓmiſſi a ꝓphetis Meſſiæ,q̃m quo tpe ſcripta eſt doctrina Thalmutica,quã nos attulimus,nõ dũ a mũdi exordio fluxerant ãni q̃truor milia.Apparuit .n.ut ſupra oñdimus Ieſus poſt ãnos a mũdi exordio iuxta Hebræos tria milia q̃n

Thalmut Hyeroſolymitanum. Thalmut Babylonium, gentos & octo,Scriptũ autem(ut ipſi tradũt)Thalmut Hyeroſolimitanum trecẽteſimo ãno poſt Chriſti mortem Babylonium aũt cẽteſimo anno poſt Hyeroſolymum.Quare utrũq;intra fines quarti millenarii cõſcriptũ eſt,& tñ præteriiſſe tẽpus dictũ ab Helia de Chriſto uẽturo & fatẽtur & cõquerunt̃.Quo hic ſe condẽt aut quas latebras quærẽt,ut hunc noſtrũ ſolẽ ipſis ĩnuitis ꝑ uniuerſum illuceſcẽtẽ oĩo fugiãt oĩo nõ uideãt?Fatent̃ Thalmutiſtæ(ſi non credũt ueteribus)prædicta a prophetis de aduẽtu Chriſti tempora præteriiſſe.Fatent̃ creditũ a prophetis uenturum illum per ea tp̃a,ꝑ quæ Ieſum ipſi adueniſſe uolũt.Nec ſui doctores oĩo nõ ueri ſunt cũ dicunt ob eorũ peccata non ueniſſe Meſſiã neq;.n.illis uenit, qui eum non agnouerunt.Neq; eſt Meſſias.i.redemptor uindex peſſimæ captiuitatis hãſi-

eus rex retributor terræ pmissionis id est supnæ Hierusalé nisi hiis qui Messiá eū confessi sunt. quod si in ppria ueniente sui nō receperunt, nō sunt iam sui, qui erát sui, sed ab ortu ueniunt & ab occasu qui in sinu Abraæ recumbát, filii auté dilectio nis eiiciunt in tenebras exteriores. Vnde & importuna eorū soluit quæstio saluti futurū Messiá hebræis: Christū át exitio fuisse & pditioni. Neq; eni sunt hebræi, qui pmissum hebræis ex stirpe Dauid Regé & dñm nō mō nō sequuntur aut colunt, sed quasi latroné quasi sacrilegū, quasi pphanū p omné iniuriá & contumeliá cruci affigūt. Si filii Abraæ essent, perstarét in institutis abraæ, & cuius dié hunc. s. quartū ille præuidés gauisus est ipsi quoq; gaudétes aduentanté exciperét. Attulit pacé Messias hominibus sed nō omnib9. Neq; eni dictū ab angelis simpliciter, & in terra pax hominib9 sed adiectū hominib9 bonæ uolūtatis. Vtiq; idé sol, qui puros oculos illuminat ægros & debiles cæcat & obscurat, & recta fit ratiõe, ut q bonis est salutaris, idé malis fit noxius, & q amicos habeat utpote potés & nō ingratus. Idem ét hostes fulminet & dispdat. Si male euenisset iudæis suscepto Christo nō fuisset Christus. Sed si male euenit crucifixo, utiq; fuit Christus. Qui de suis victoribus etiá cruci affixus tunc cū maxime uictus apparuit tanta eorū cū strage & calamitate triūphauit. Quid igit cæci solé expectatis? Adest sol & lucet sed lucet in tenebris & tenebræ uestræ illū nō cōprehendūt. Præteriit dies quartus, quo ortus est sol. Qui nō dissoluit legé sed pfecit, sicut neq; sol firmamentū destruit, sed exornat, sed pficit, sed illustrat. Probauimus ex ordine diei quarti & tpe aduentus Christi intelligéda de eo quæ hic dicunt. Probemus idé ex figuræ similitudine, qa per nullá aliá ré imaginari Christū cōgruentius possum9, q per solé. Ná & in sole posuit tabernaculū suū, & exiit de tribu iuda, cuius signum est leo solare animal, & cum solem in re pub. Plato uisibilé filiū dei appellet, cur nō intelligamus nos imaginem esse inuisibilis filii. Qui si lux uera est illuminans omné mentē expressissimum habet simulachrū hunc solé, qui est lux imaginaria illuminás omne corpus. Sed quid alia quærimus? ipsum solé interrogemus, qui patiente Christo aduersa luna deficiens consensum nobis suæ naturæ euidéter ostendit. Vt iute optimo nos, ne tangá altioré causam diem quá uocát mathematici solis & dié domini uocauerimus, & illius cultui totá mancipauerimus. Vel hinc ostendétes non esse cur amplius corporeū solé (ut olim gentes) colamus quasi regem cæli & dominū, postq̃ sol inuisibilis coæternus patri & coæqualis, per qué & cælum & terra cōdita sunt sedentes in umbra mortis homines illuminauit.

Sol Christi imago

Plato in re pu.

Dies sol. Dies dñi

Caput Quintum.

Sed iam examinemus an quæ sequuntur opa dié quartū respondeát his quæ post aduentū Christi euenisse cōpertum est, ut tunc demum hanc nostram expositioné ut ueram ut stabilem recipiamus, cum illi undiq; attestari, & consonare omnia cognouerimus. Videamus quid fiat post diem quartum. Producunt aquæ pisces & aues, producit terra pecora & iumenta. Reuocemus ad menté quid superius per aquas diximus significari, quæ sub cælo locatæ collectæ sunt ad locū unum, quid item per terrá, quæ ab illarū diluuio facta est imunis. Diximus per aquas gétes per terram israelitas figurari, quod & multis cum testimoniis prophetarum tum simi litudinis rationibus cōprobauimus. Vidimus auté ante solis exortū steriles aquas nihil producere, quod esset bonum. Terram autem feracem quidem, sed exigui

Per aqs gétes per terrá Israelitæ figurantur

fructus olerum.f.atq; herbarum. Post solem & aquæ maiori etiam q̃ terra fœcunditate duo genera proferunt animantium aues & pisces. Terra non iam cõtenta at bonbus & fruticibus & magna pecora & iumenta producit. Nonne uidetis me ẽt
Simeon tacente impletum uerbum boni Simeonis, ut esset hic noster sol lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ israel. Nonne habemus sub oculis expressam: si nihil aliter interpretemur & gentium uocationem & transformatõnem terrestris Hierusalem umbratilisq; synagogæ in ueram ecclesiam, & perpetuam dei cælestemq; ciuitatem. Ante solis exortum aquæ nihil producunt. Terra producit aliquid, sed tenue, sed exiguum. Q uoniam ante Christi aduentum apud gentes nul-
Israelitæ ueram co luerũt re ligionem lum specimen uitæ nullus fuit fructus ueræ religionis. Apud israelitas fuit quidẽ uitæ spes aliqua & uiam lucis ex parte cognouerunt & ueram coluerunt religionẽ sed incohatam, sed imperfectam donec ille ueniret, qui est uia ueritas & uita. Et nisi ad hoc mysterium recurramus, afferat mihi quispiam rationem, cur terræ ornatum & sobolem ita partitus est, ut alia quidem ante solem protulerit, alia autem post solem. Cur item ante solem nihil producunt aquæ, terra aliquid ꝑducit. Cur duo genera animãtium ab aquis, unum dumtaxat genus a terra producitur. Cur auis aereum animal aquis ascribitur. Nam (ut agamus de primo) non satisfacit si dicam9 quod quidam dixerunt herbas & plantas de terra educi ante facturam solis ne uirtute eius creatæ uiderentur. Nam multo magis eadem ratione & pisces & aues & omnis elementorum ornatus debuit fieri ante solem, ne uirtute eius factus crederetur. Reliquisset igitur suspitionem Moses, & si ad plantas utpote imperfectiores producendas solis lumine opus non fuisset, fuisse tamen ad animalia producenda, quæ sunt perfectiora. Consequens enim ut si illo non adiuuante perfectiora in lucẽ uenissent, possent & sine illo fieri quæ sunt minus perfecta, Non reciprocatur autẽ ratio ut si absq; eo fuerint facta quæ sunt ignobiliora utpote plantæ despicatissimum genus uiuentium, potuerit etiam eius opera non intercedente produci omnigena animalium natura. Verius igitur unde nos diximus auctoris consilium inuestigatur. Similiter si dicat aliquis relata ad quas animantia, quæ in aquis degunt, uidebit unum potius genus ad eas duo autem ad terram fuisse referenda, quia auium terra potius quam aqua domicilium est. & citra omnem controuersiam si animalis naturam consideremus aut terrestre aut aereum animal auis est, aquatile nul
Altissime rationes Aristoteles. lo modo est, Sed audite altissimas omnium rationes ad Christi ad ecclesiæ nos mysteria uel inuitos trahentes. Et profecto si omnia (ut inquit Aristoteles) uero consonant consonare omnia maxime Christo debent, qui est ipsa ueritas Q ui non ab re non de nihilo hebræis totiens dicebat. Scrutamini scripturas, ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & prædicta de se tam multa. Immo omnia in lege ĩ psalmis in prophetis asseuerabat. Sed cæcutimus nos sæpe ad tantam lucẽ, nec nisi reuelante eo oculos nr̃os considerare possumus mirabilia de lege eius. Veniam9 eo nobis opẽ ferente ad mysteriorũ figurarũq; reuelationem. Duo ex aquis animalia, unũ ex terra producit, quia maior fuit plenitudo credentium ex gẽtibus q̃ ex iudæis. Terra aũt & si minus multa perfectiora tamen producit animantia his quæ aquæ producunt iumenta scilicet & quadrupedia oĩa. Q uia & si plures ex ethnicis crediderunt quam ex hebræis perfectiores tamen qui ex hebræis, ex quibus apostoli fundatores totius religionis. Duo item genera diuersa duplicemq; naturam aqua

educit auium & piſcium unam tantū modo terra,quoniā ex gentibus alii quidem de ſeruitio dæmonū,alii de lege naturæ ad Chriſtū tranſferunt.hæbreus omīs hæ breus tantū quia non permiſſum illi uiuere intra terminos naturæ:cui data lex deſt eſt peculiaris ei neq; reliquis gētibus cōmunis.Neq; eni fecit taliter omni nationi & iudicia ſua nō manifeſtauit eis. Significant igitur nobis piſces,qui a dæmonum cultu ad nos uenerunt nō ſolum quoniam aquæ (ut ſupra oſtendimus)figurant gentium impietatem ſed quoniam per hæc quæ in aquis degunt animalia improbos dæmones ſignificari ſæpe in ſacris litteris atteſtatur Ionethes caldæus. Significant aues,qui de naturæ inſtitutis ad gratiam ſunt tranſlati. Cuius manifeſta ratio ex his,quæ in proemio huius libri abunde ſcripſimus de naturali ſupernaturaliq; fœlicitate. Oſtendimus enim & cælum expreſſiſſimum eſſe ſimulachrum ſupnaturalis fœlicitatis,& naturalem fœlicitatem ſecundariam quandam & imaginariam potius q̄ ueram eſſe fœlicitatem.Quare qui hanc conſequuntur naturæ legi bus utentes per aues congruentiſſime denotantur in colas non primi & ueri cæli, ſed aeris,quod ſecundaria & imaginaria quadam ratione cæli etiam ſibi uendicat nomen. Vnde & uolucres cæli & aues cæli tam crebro in diuinis litteris appellanf Videte autem q̄ & profundo factum conſilio,ut non ad aerem,ſed ad aquam aues referantur. Quoniam qui ſecundū naturam uiuebant,gentium tamē & ipſi populus cenſebantur. Quippe qui & ſe gentes uocabant,& inter gentes uiuebant,quales fortaſſe & Socrates & pleriq; philoſophorum. Propterea in cōmune utrūq; genus ad aquas eſt relatum. Sed quantum euangelicæ quātum apoſtolicæ doctrinæ hæc expoſitio conueniat in promptu eſt oſtendere. Quandoquidē & conuerſi ex hebræis apoſtoli a Paulo per boues terreſtria animalia & a noſtris doctoribus ſup euangelium,in quo uendentes de templo eiiciuntur,ſunt figurati, & Chriſtus Iſraelitas oues appellat. Apoſtoli autem,quibus mandata conuerſio gentium,piſcatores a domino ſunt appellati,quorum princeps Petrus,qui Romæ dominæ gentium,quaſi oceani quaſiq; cæterum piſcator erat futurus. Chriſtus autem,qui ſe dixit nō miſſum niſi ad oues quæ perierunt de domo iſrael,ſibi non piſcatoris ſed paſtoris potius nomen uendicauit,

Ionethes Caldæus

Paulo euāgeliū Chriſtus

Caput Sextum.

Manifeſta etiam hinc diſſolutio quæſtionis,quæ diu torſit interpretes huius libri, Cur ſecundo die non fuerit dictum,& uidit deus quoniam bonū. Si enim dicam9 quod dici ſolet ideo factum quia opus aquarum eo die abſolutum non fuit,Sed tertio in quo aquæ quæ ſunt ſub cælo confluxerunt ad locum unum haud plene uidebitur ſatiſfactum. Neq; enim opus ſecundi diei proprium eſt diſpoſitio aquarū, ſed diſpoſitio firmamenti,quod inter aquas medio loco firmatum eſt. Fuit autem eo die & firmamenti factura. Cū dixit deus fiat firmamētum,& diſtinctio aquarū cum dixit & diuidat aquas ab aquis ſatis abſoluta. Aquarum autē collectio quæ dicta eſt mare,& terræ reuelatio,& plantarum productio ſicut alterius operis omnino rationem habent. Ita & alio id eſt tertio die ad quem ſpectabant conſumatæ ſunt. Quærenda igitur ratio de altiori myſterio. Firmamentum(ut ſupra oſtendimus)legem figurat. Et erat firmamentum uti in forme,ita neq; perfectū ſimpliciter donec ſole luna ac ſtellis fuit inſtructū. Quemadmodum neq; lex non quidē mala(ut dicunt Manichei) ſed neq; bona erat ſimpliciter, id eſt perfecta, donec

Cur ſecū do die nō eſt dictū quoniā bonum

Māiche9

Christus legem impleuit Christus uenit,qui legē ipleuit.Si malū fuisset firmamentū,solē non recepisset. Si fuisset,bonū,sole non eguisset.Sed firmamentum eatenus bonū, quatenus solis cæterorumq; syderū erat capax,sicut eatenus bona erat lex quatenus pedagogus nonobis erat iu Christo & multa permisit Moses ob duritiam populi,quæ euangeliū postea non permisit.Quod autem legem non possimus appellare malam ut credidit Manes possimus tamen appellare non bonam apertissime docet propheta,apud quem deus de hebræis loquens inquit dedi eis præcepta non bona. Non dixit præcepta mala sed præcepta non bona idest non perfecta non absoluta non consumata.quod confirmant ueteres hebræi doctores,qui illud interpretantes ecclesiasticis Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Vana inquiūt etiā lex donec uenerit Messias & de his quidē hactenus,

Manes

Veteres hebræi

Caput Septimū.

Quid operetur uirtus baptismi Quoniā autē supremum beneficium corporati uerbi id fuit ut per baptismi sacramentum,per quod uirtus Christi in nos transfunditur,regeneremur in filios dei nō ex sanguinibus,sed ex deo nati,postremo hoc nobis indicat Moses cum post exortum solem & mundo demonstratum,post aquarum terræq; fertilitatem hominem facit ad dei imaginem non terrenum hominem,sed cælestem. Conuersis enim ad Christum gentibus & iudæis hoc erat reliquum,ut per sanctissimum lauacrū dominicæ cruci se conformantes reformarentur ad imaginē dei. Nā si baptismus dei filios facit,filius autē imago patris,non ne totius trinitatis uirtus operans in baptismo illa est quæ dicit.Faciamus hominē ad imaginē nostrā. Si igitur sumus ad imaginē dei sum⁹ & filii.Si filii& hæredes sumus hæredes dei cohæredes Christi.Sed qui sunt filii?Scriptū a Paulo est clamare nos abba pater in spiritu sancto. Qui igitur spiritu uiuunt hii sunt filii dei,hii Christi fratres,hii destinati æterne hæreditatis mercedē & fidei & bene actæ uitæ in cælesti hierusalē fœliciter possidebunt.

Paulus

EXPOSITIO PRIMAE DICTIONIS IDEST IN PRINCIPIO.



IAm ad calcē uentū est operis septiformi uniuersi contextus expositione decursa.Sed superesse aliquid adhuc cognosco in tactū a nobis & in discussū,quod etiā primo loco exponendū uidebatur idest quid sibi uelit prima dictio legis,quæ est,In principio.Non temere autē aut sine causa de hoc principio in fine totius operis dicere uolui. Nec aut de dei filio hic sū disputaturus quod est principiū per quod facta sunt oia(Est enim sapientia patris)Nec probaturus idē sentire cū nostris hoc loco ueteres hebræos,quod alibi faciemus.Sed cogitamus per aliam interpretandi rationē gustū dare lectoribus mosaicæ profunditatis. Quod nō antea faciemus q̄ cū de dogmate quodā,quod uere paradoxon est antiquioris iudaicæ disciplinę,paucula delibauerimus.Firma est sententia oium ueterū, quā ut indubiā uno ore confirmant,omniū artiū ois sapientiæ & diuinæ & hūanæ integrā cognitionē in quinque libris Mosaicæ legis includi: dissimulatam autem & occultatam in litteris ipsis quibus dictiones legis contextæ sunt quo modo nunc declarabimus. Summamus gratia exempli primam particulam libri geneseos uidelicet ab exordio usq; ad locum ubi est scriptum & uidit deus lucem quod esset bonum. Est tota illa scriptura tribus & centum elementis coagmentata, quæ eo modo di-

Paradoxon dogma ueterum hebræorū.

ſpoſita,quo ibi ſunt dictiones conſtituũt quas legimus nihil niſi cõmune & triuiale præſe ferentes. Corticem ſcilicet conflat hic litterarum ordo hoc textum medullæ interius abditæ latentiũ myſteriorũ. At uocabulis reſolutis elementa eadem diuulſa ſi capiamus & iuxta regulas quas ipſi tradunt quæ de eis conflari dictiones poſſunt rite coagmẽtemus futurum dicunt ut eluceſcant nobis ſi ſim9 capaces occluſæ ſapientiæ mira de rebus multis ſecretiſſima dogmata & ſi in tota hoc fiat lege tunc demũ ex elementorũ hac quæ rite ſtatuatur & poſitione & nexu erui in lucem omnem doctrinã ſecretaq; omnium liberalium diſciplinarũ. Dixi autem ſi ſimus capaces occluſæ ſapientiæ. Nam fieri poteſt ut tractantibus nobis diſſoluentibuſq; & componentibus aliquas dictiones pariantur inde multa uocabula multiplex item ſeries orationis,quæ magna doceat, magna ſignificet, ſed niſi aliquis de ea re doctrinam alibi ſit conſecutus quid illa ſignificent non intelligẽs quaſi in utilia atq; fortuita non contemnere non poteſt, Neq; enim dogmata & doctrinas ibi diſcere poſſumus:ſed ſolum poſſumus agnoſcere. Hæc ego ut non probo aſſerens uel atteſtor,quia de eis nec feci periculum,nec me facere poſſe confido. Ita neq; nego neq; contemno,tum quia magnos hæc opinio habet auctores. Tum quia de Moſe,qui in tota domo dei fuit fidelis, Maiora etiam facile credi poſſunt.

Moſes in tota domo dei fidelis

Quæ autem mihi non illas quidẽ abyſſos intranti, ſed huius maris litus radenti gemmatum diuitiæ occurrerint quas neq; hermus neq; pactolus apud poetas ferre dicuntur. Non ingratum fore putaui noſtris hominibus ſi publicarem.

Hermus pactolus

Libuit periclitari in prima operis dictione quæ apud Hebræos Breſit apud nos in principio legitur an ego quoq; uſus regulis antiquorum eruere in lucem inde cognitu dignũ aliquid poſſem. Igitur præter ſpem meã præter opinionẽ inueni quod neq; inueniẽs ipſe credebã neq; credere alii facile potuerunt uniuerſam de mundi rerumq; omnium creatione rationem in una ea dictione apertam & explicatã. Rem dico mirabilem inauditã & incredibilẽ. Sed mox credetis ſi attenderitis & res ipſa uerum me demonſtrabit. Dictio illa apud Hebræos hoc modo ſcribitur Ex hac igitur ſi tertiam litteram primæ coniungamus fit dictio id eſt ab Si geminatæ primæ ſecundam addamus fit id eſt bebar. Si præter primã omnes legamus fit .i.reſit, Si quartã primæ & ultimæ cõnectamus,fit .i.ſciabat. Si tres primas quo iacent ordine ſtatuamus,fit .i.bara. Si prima omiſſa tres ſequẽtes,fit .i.roſc. Si omiſſis prima & ſecũda duas ſequẽtes,fit .i.es, Si tribus primis omiſſis quartã ultimæ copulemus,fit .i.ſeth. Rurſus ſi ſecundã primæ,fit .i.rab. Si poſt tertiã quintã tũ Quartã ſtatuamus,fit .i.hiſc. Si primas duas duab9 ultimis coagmẽtem9,fit .i.berith. Si ultimã primæ, fit ultima dictio & duodecima quæ ẽ .i.thob uerſo,qđ frequẽtiſſimũ apud Hebræos thau in thet elemeutũ.

In prima dictione opis uniuerſam toti9 mũdi rationem contineri.

Videamus autẽ quid primo hæc latine ſignificent, tum quæ per ea non ignaris philoſophiæ de tota natura myſteria reuelentur. Ab,patrem ſignificat. Bbar in filio & per filium(utrunq; enim ſignificat beth præpoſitio) Reſit principium. Sabath quietem & finẽ. Bara creauit. Ros caput. es ignem. Seth fundamẽtũ. Rab magni. hiſc. hominis Berit fœdere. Tob bono. & totam ſi ordine conſequẽti orationem texamus erit huiuſmodi. Pater in filio & per filium principium & finem ſiue quietem creauit caput ignem & fundamentum magni hominis fœ-

dere bono,hæc tota oratio ex primę illius dictionis resolutione & compositione dis ſultat.Cuius q̃ altus q̃ plenus omni doctrina ſit ſenſus haud palam eſſe omnibus poteſt.Sed ut aliqua ſtatim non tamen omnia omnibus aperta quæ per has uoces nobis ſignificantur.Notum omnibus chriſtianis quid ſit patrem in filio & per filiũ creaſſe.Quid item ſit filium principiũ & eſſe finem omnium, Eſt enim alpha & o (ut ſcribit Ioannes)& ipſe principium ſe appellauit,& nos demonſtrauimus finem rerũ omnium,eſſe ut principio ſuo reſtituantur. Cætera paulo obſcuriora quid illa ſcilicet ſibi uelint caput ignis & fundamentũ magni hominis, quid illud ſit fœdus & qua ratione bonũ dicatur.Neq; enim ſtatim in próptu omnibus uidere hic explicatam mundorũ quattuor de quibus ægimus omnẽ rationẽ, cognationem itẽ & fœlicitatẽ,de quibus poſtremo nos diſputauimus. Primũ igitur illud aduertendũ uocari a Moſe mundũ hominẽ magnũ.Nam ſi homo eſt paruus mũdus, utiq; mũdus eſt magnus homo.hinc ſumpta occaſione tres mundos intellectualem cæleſtẽ & corruptibilẽ per tres hominis partes aptiſſime figurat,ſimul indicans hac figura non ſolum contineri in homine mundos omnes,ſed & quæ hominis pars cui mundo reſpondeat breuiter declarans.Cogitem9 igitur in homine tres partes ſupremã caput,cum quæ a collo ad umbilicũ protenditur.Tertiã,quæ ab umbilico extenditur ad pedes.Sunt enim & hæ in hominis figura & uarietate quadam diſcluſæ & ſeparatæ.Sed mirũ quã pulchre quã examuſſim per exactiſſimã rationem tribus mundi partibus proportione reſpondeant. Eſt in capite cerebrum fons cognitionis.Eſt in pectore cor fons motus uitæ & caloris.Sunt in parte poſtrema genitalia mẽbra principiũ generationis.Itidẽ aũt & in mundo ſuprema pars quæ eſt mundus angelicus ſiue intellectualis eſt fons cognitionis,quia facta illa natura ad intelligẽdũ eſt.Pars media,quæ eſt cælũ principiũ uitæ motus & caloris in qua ſol uti cor in pectore dominatur.Eſt infra lunã quod oibus notũ generationis pricipiũ & corruptionis.Videtis quã apte oẽs hæ mundi partes & hominis inuicem congruant.

Ioannes

Quæ ps in hõmie cui mũdo reſpõdeat.

Cognitio

Motus

Gñatio

Deſignauit autẽ Moſes primã quidẽ noĩe proprio capitis ſcilicet. Secundã autem ignẽ appellauit,& quia hoc nomine a multis cælum cenſetur, & quia in nobis hæc portio principiũ eſt caloris.Tertiã uocauit fundamẽtũ quia per eã (ut notũ oibus) totũ hois corpus fundatur & ſubſtinetur.Adiecit autẽ q̃ hæc creauit fœdere bono quia inter eas fœdus pacis & amicitiæ ex naturarũ cognatõne & mutuo conſenſu p ſapientiæ dei legẽ ſancitũ eſt.Quod fœdus ideo eſt bonũ,quia ad deũ, quí eſt ipſũ bonũ,ita dirigitur & ordinatur,ut queadmodũ inter ſe totus mundus unus, Ita & cum ſuo auctore poſtremo ſit unũ.Imitemur & nos ſanctiſſimũ fœdus mundi, ut & mutua caritate inuicem ſimus unũ & ſimul omnes per uerã dei dilectionẽ cum illo unum fœliciter euadamus.

FINIS

Ioannis Pici Mirandulæ Deprecatoria ad Deum.

Alme deus summa qui maiestate uerendus
Vere unum in triplici numine numen habes
Cui super excelsi flammantia mœnia mundi
Angelici seruit turba beata chori,
Cuius & imensum hoc, oculis spectabile nostris
Omnipotens quondam dextra creauit opus,
Aethera qui torques qui nutu dirigis orbem.
Cuius ab imperio fulmina missa cadunt,
Parce precor miseris nostras precor ablue sordes.
Ne nos iusta tui pœna furoris agat.
Quod si nostra pari pensentur debita lance
Et sic iudicii norma seuera tui.
Quis queat horrendum uiuentis ferre flagellum
Vindicis, & plagas sustinuisse graues,
Non ipsa iratæ restabit Machina dextræ
Machina supremo non peritura die.
Quæ mens non primæ damnata ab origine culpæ?
Aut quæ non proprio crimine facta nocens?
Aut certe ille ipse es proprium cui parcere semper
Iustitiamq; pari qui pietate tenes,
Præmia qui ut meritis longe maiora rependis.
Supplicia admissis, sic leuiora malis,
Namq; tua est nostris maior clementia culpis.
Et dare non dignis res mage digna deo est.
Quanq̃ sat digni: si quos dignatur amare
Qui quos non dignos inuenit. ipse facit,
Ergo tuos. placido miserans precor aspice uultu
Seu seruos mauis. seu magis esse reos,
Nempe reos. nostræ si spectes crimina uitæ
Ingratæ nimium crimina mentis opus,
At tua si potius in nobis munera cernas.
Munera præcipuis nobilitata bonis
Nos sumus ipsa olim tibi quos natura ministros
Mox fecit natos gratia sancta tuos.
Sed premit (heu) miseros tantæ indulgentia sortis,
Quos fecit natos gratia. culpa reos.
Culpa reos fecit. sed uincat gratia culpam.
Vt tuus in nostro crimine crescat honor,
Nam tua siue aliter sapientia. siue potestas
Nota suas mundo prodere possit opes.
Maior in erratis bonitatis gloria nostris,
Illeq; præ cunctis fulget amandus amor,

Qui potuit cælo dominum deducere ab alto.
Inq; crucem summi tollere membra dei:
Vt male contractas patrio de semine sordes
Ablueret lateris sanguis & unda tui
Sic amor & pieta stua rex mitissime tantis
Dat mala materiam suppeditari bonis.
O amor o pietas nostris bene prouida rebus
O bonitas serui facta ministra tui
O amor o pietas nostris mala cognita sæclis
O bonitas nostris nunc prope uicta malis,
Da precor huic tanto qui semper feruet amori
Ardorem in nostris cordibus esse parem,
Da sathanæ imperium cui tot seruisse per annos
Pœnitet excusso deposuisse iugo,
Da precor extingui uesanæ incendia mentis.
Et tuus in nostro pectore uiuat amor,
Vt cum mortalis perfunctus munere uitæ
Ductus erit dominum spiritus ante suum.
Promissi regni fælici sorte potitus
Non dominum. Sed te sentiat esse patrem.

FINIS

Robertus Saluiatus Laurentio Medici Sal.

Cum eo natus ingenio Laurenti Clarissime atq; ita natura sim institutus, ut nihil mihi sit prius q̄ illos amare colere & uenerari, qui uel ingenio excellentes uel doctrina sint singulares Non potui Picum tuum Mirandulam non amare præ omnibus & admirari uirum profecto omni admiratione dignissimum. Is cum nuper tibi librum de septiformi sex dierum geneseos enarratione primitas studiorum suorum dicauerit opus non meo modo sed omnium iudicio excellētissimum dare operam uolui ut mea impensa emendata impressione publicaretur, Nihil dubitans simul me & meo in illum amori & publicæ studiosoꝝ utilitati satisfacturum. Accessit q; non ingratam me tibi rem facturum speraui si quæ tibi ille physica & diuina mysteria communicauit per me deniq; omnibus fierent cōmunia. Vale.

IOANNES PICVS MIRANDVLA LAVRENTIO MEDICIS.



Pologiam nostrā dicaui tibi Laurenti medices ut rem nō utiq;(deū testor)uisam mihi dignā tāto uiro,Sed tibi eo iure debitā quo mea omnia iā pridē tibi me debere intelligo.Hoc.n.habeas psuasissimū quicquid ego aut sum,aut sum futurus.Id tuū esse Laurēti & futurum semp in posterū,Min9 dico q̄ uellē & uerba oio frigidiora hec q̄ ut satis exprimāt qđ cōcipio .i.quo amore, qua fide.qua obseruātia & ꝓsequar & a multis iam annis fuerim te prosecutus,Moueor cū pluribus in me collatis officiis amātissimū animū tū plane testātibus,tū tuis nō tā fortunæ q̄ animi, iisdē ra ris.imo tibi peculiaribus bonis quæ narrare in præsentia pudor me nō sinit tuus. Redeo ad Apologiā,quā hilari quæso suscipias fronte,exiguū sane munus sed fidei meæ,sed obseruātiæ ꝑfecto in omne tēpus erga te maxime nō leue testimoniū Quā si forte eueniat ut a magnis,qbus es semp occupatissimus tractādis rebus attingas,memineris nō tā hoc ipsum & ꝓperatū.i.opus potius q̄ elaboratū & operis argumentū ex alieno mihi nō meo summendū fuisse iudicio,q̄ nō icirco illam nuncupatā tibi ut quæ in me nō est in me agnoscas ingenii aut doctrinæ præstantiā,sed ut scias,nā dicā iterū,me quicq̄d sum tuæ amplitudini esse deditissimū.

APOLOGIA IOANNIS PICI MIRANDVLAE CONCORDIAE COMITIS,



Vm nuper Romā uenissem pedes summi Pontificis Innocētii octa ui cui ab innocētia uitæ nomē meritissimū de more deosculatur9,ut simul & ab instituto nō discederē meo cōmentandi tractādiq; semp aliquid de re litteraria & rem facerē pro uiribus dignam urbe Roma,gratā principi Christiano,utilem mihi & studiosis,nongentas de diuinis & naturalibus rebus quæstiones proposui,Ad quas in publico doctissimorum hominum consessu essem responsurus. Vix in bonarum publicū uenerāt cū inter aliquos qui si non ingeniū uel doctrinam studium saltem bonarum artium in me probarent obtrectatorum turba multiplex assurrexit.Et q̄q̄ & fastidia & nasos & censuras & omnino iudicia uniuscuiusq; uaria esset uidere utiq; ut semp accidit cū nouū aliqd & nō triuiale molimur,Quinq; fere tamē erāt præcipua quæ alius aliud summossores isti in me dānarent.Aliq eni philosophiā & litteras omnino carpe,illud ēt ut uiderent scioli.Quādoq; addētes eiectū Adam de paradiso q̄ p sciētiā boni & mali æqualē se diis facere uoluit.Exterminādos pari exēplo de christi curia q uolūt sapere plus q̄ oportet.Alii nō tā phiam q̄ hoc ipsum disputādi genus & hāc de litteris publice disceptādi institutionē nō approbare ad pōpam potius ingenii & doctrinæ ostētationē q̄ ad compandā eruditionē esse illā oblatrātes.Nōnulli me audacē dicere & temerariū.Qui hac ætate quartū.s.&.xx. nōdū natus annū de altissimis phiæ locis,de sublimib9 xp̄ianæ theologiæ mysteriis, de incognitis disciplinis in celebratissimā urbe, in amplissimo doctissimoꝝ hominū cōsessu disputationē ꝓponere nō dubitarē,Multi nō tam q; Romæ q; iuuenis q̄ q; de tot numero.i.de nōgētis disputaturus essem questióibus accusare & supfluo & ambitiose & supra uires id factū calūniātes.Ex his āt q sapiam.i.theologie studiū pfitebant̃, quidā fuere q cōuitiis forte leuioribus nō contēti nō iam audacem me nō temerariū nō gloriosum,sed magum,sed impium,sed nouum in Christi ecclesia

Inno.viii. summus pontifex.

Aetas aucto ris.

hæresiarchā prædicaret. Fui ego (testor deū) dubio diu cōsilio diluēda hæc mihi obiectamēta an silentio potius prætereūda essent. Mouebāt me ut tacerē duo præcipue, Primū q ego & cōtentionis & iurgiorum abhorrēs ai pacē & quam mihi mea p stiterūt studia placidissimæ uitæ tranqllitatē amaui semp, nec odi ullū magis scribendi munus q̄ q in disceptatione & amarulenta quoquomodo altercatione sit cōstitutum, qppe qui nō minus referre q̄ inferre iniuriā uel cōtumeliam nec boni uiri dixerim esse unq̄ nec pbi. Alterū hoc ipm erat q & summi pōtificis, cuius mihi merito celebranda semp memoria & ex sanctissimo apostolico senatu cōpluriū iudicio contentus, quorum & benignitatē & beneuolentissimum in me animum obliuisci nūq̄ aut possum aut debeo uidebar facile & odiū posse negligere & cōuitia hominum improborum, & profecto quod attinet ad cætera in hac eram sniā ut idignos illos existimarē, quibus aliqñ respondere, Sed in uno mihi obiecto hæreseos crimine hoc si facerē uerebar ne quod nō diluerē, uiderer crimen agnoscere. Scribit aūt & sapientissime

Ruffinus Ruffinus esse quidem gloriosum Christi exemplo patienter iniurias tolerare Aut unam notam hæreseos qui ferat uel dissimulet non esse christianū & Hyero-

Hieronymus nymus noster quāta maxima pōt ai cōtentione clarissima exclamat uoce. Nolo in suspitione hæreseos quēq̄ esse patientem. Tacere ergo me non uult Hyeronymus & inuitū otiosūq hoiem pro sua qua pōt auctoritate ad scribendum trahit & ipellit. Quare si qui sunt forte me tacere uellent, sciant sibi nō mecū sed cū Hyeronymo esse cōtrouersiā qui me tacere nō uult. Hyeronymo nō audire quis pōt sine flagitio? ipso ergo suadēte immo cogēte ēt breuē agressus sum ascribere apologiam, nō ut quemq̄ lacerem uel accusem, sed ut a maximo quod mihi iniuria obicit impietatis crimine iure me excusem. hoc quæso patiātur obtrectatores mei eo animo quo ego iniquam illorum offensam passus sum semper. Patiātur inq̄ ut qui Christianus de christianis sum parentibus natus, qui uexillū Christi Iesu in frōte gero, qui pro

Paulus christi fide etiā obeā labens quasi cū paulo hoc ipsis æquo aio audientibus exclamē uoce. Nō magus nō iudæus sum, ysmaelita nō hæreticus, sed Iesum colo & Iesu crucem in corpe meo porto, per quē mihi mūdus crucifixus est & ego mundo. Denique cū & sanctitatis & sapiæ & id genus egregios titulos nec mihi arrogē nec illis derogē hunc unū mihi ipsi pro quo tuendo ēt sanguinē ultro effūdā, quæso nō demant ut. s. me possim dicere christianū. Quod si cōcedūt hæc eis nō scribo a quibus iam impetraui quod tota nr̄a cōtēdit apologia. Aliis scribo qui esse me aut fuisse aliquādo hæreticū credūt uel suspicātur. Quāq̄ autē pricipale propositum est hoc ut ostēdamus ab ortodoxo & catholico tramite nō me sed illos deuiare qui me hæreticum calūniātur, tamē postq̄ scribēdum est, dicemus & aliquid de his quæ primo nobis obiecta sūt, ne meo silētio quasi culpa conscia abuti possint nr̄i obtrectatores. Erat autē quod uitio i primis dabāt multi hoc meum philosophari. Quibus hoc loco nihil sum respōsurus, quia & causam phiæ seorsum agere ope peculiari est cōsilium, olo si turpe est dare se litteris colere bonas artes & disciplinas malo hāc culpam agnoscere qua deprecari. His etiam qui genus hoc disputandi & hāc de deo de natura de moribus publice disceptandi institutionē detestantur. Multa nō sum dicturus qñ hoc crimē si crimē ē cōe, ē mihi cū magnis uiris imo cū pbatissimis non solū nostre sed fere oium ætatū phīs. Quibus fuit certissimū nihil ad consequendam quam quærebant ueritatis cognitionē sibi esse potius quam ut essent in disputandi

exercitatione frequẽtiſſimi. Sicut enĩ p gymnaſticã corpis uires firmiores fiũt, ita Gymnaſtica cor
hac quaſi litteraria palæſtra animi uires & fortiores longe & uegetiores euadunt. poris uires firmi
Nec crediderim ego aut poetas aliud p decãtata Palladis arma, aut Hebræos cu; ores fiũt
ferrũ ſapientũ ſymbolũ eſſe dicũt, ſignificaſſe nobis q̃ honeſtiſſima hoc genus cer
tamina adipiſcẽdæ ſapiẽtiæ oppido q̃ neceſſaria. Q uo forte fit ut & chaldæi ĩ eius
Geneſi q phũs ſit futurus illud deſiderẽt, ut Mars Mercuriũ triquetro aſpectu cõ Chaldæi
ſpiciat quaſi ſi hos cõgreſſus, hæc bella ſubſtuleris ſomniculoſa & dormitãs futu-
ra ſit oĩs phĩa. Sed ꝙ attinet ad hæc ut dixi malo auctoritatibꝰ & præiudiciis ma-
gnorũ uirorꝫ q̃ rationibꝰ me defendere. Illud uidet̃ opꝫ maioris ſatiſſacere his q
ætate ingenio doctrina ĩparẽ dicũt me tã magnæ ꝓuinciæ, nec iuxta Horatiũ con Oratius
ſuluiſſe hũeros qd ferre ualeãt qd recuſent. Profecto hic mihi difficilis ratio defen
ſionis dũ ſi parẽ me dico ĩmodeſti & de ſe nimia ſentiẽtis, ſi imparẽ fateor temera-
rii & incõſulti uideor notã ſubiturus. Graues icidi anguſtias dũ nõ poſſum ſine cul
pa de me ꝓmittere qđ non poſſum & ſine culpa non pſtare. Et qdẽ illud Iob affer Iob
re poſſem ſpm̃ eſſe in oĩbus & forſan audire cũ Timotheo. Nemo contẽnat adole- Thimo
ſcentiã tuã, ſed ex mea ueriꝰ hoc conſcia dixero nihil in nobis eẽ magnũ uel ſingu- teus.
lare. ſtudioſum me forte & cupidũ bonarꝫ artiũ non ificiatꝰ. docti tñ nomen mihi
nec uẽdico nec arrogo. Nã ut ſcripſit aliqñ Hermolaus meꝰ deliciæ Romanæ lin- Hermo
guæ ætatis nr̃æ ſplẽdor & gloria non põt non idoct ꝯ eſſe q ſe doctũ credit. Q uañ laus.
& qđ tã grãde hũeris onꝰ ipoſuerim non fuit ppea ꝙ mihi conſciꝰ nr̃æ infirmita
tis ñ eẽm, ſed ꝙ ſciebã hoc genus pugnis. i. lr̃ariis eſſe peculiare qđ in eis lucrũ ẽ
uinci. Q uo fit ut ĩbelliſſimꝰ qſq3 ñ detractare mõ ſed appetere ultro eas iure poſ-
ſit & debeat. Q ñqdẽ q ſuccũbit bñficiũ a uictore accipit, ñ iniuriã. qppe q peũ &
locupletior domũ. i. doctior & ad futuras pugnas redit iſtructior. hac ſpe aiatꝰ ego
infirmꝰ miles cũ fortiſſimis oĩm ſtrenuiſſimiſq3 tã graue pugnã decernere nihil ſu3
ueritꝰ. Q đ tñ temere ſit factũ nec ne rectiꝰ utiq3 de euẽtu pugnæ q̃ de nr̃a ætate
poterat qs iudicare. Reſtat ut his r̃ndeã q numeroſa ꝓpoſitarꝫ rerꝫ multitudĩe of-
fendunt, qſi hoc eorꝫ hũeris ſederet onus. & nõ potius hic mihi ſoli quãtuſcũq3 ẽ
labor eſſet exaclã[illegible]us. Indecẽs ꝓfecto hoc & moroſum nimis uelle alienæ ĩduſtriæ
modũ ponere. & ut inqt Cicero in ea re quæ eo melior quo maior mediocritatẽ de Cicero
ſiderare, oĩo tã grãdibus auſis erat neceſſe me uel ſuccũbere uel ſatiſfacere. Si ſatiſ
facerẽ nõ uideo cur quod in decẽ præſtare queſtionibꝰ ẽ laudabile in nõgẽtis etiã
præſtitiſſe culpabile eſſet exiſtimandũ. Si ſuccũbere erãt habituri, vñ accuſarẽt ſi
me oderũt, ſi amãt unde excuſarẽt. Q ñ in re tã graui tã magna tenui ingenio ex-
iguaq3 doctrina adoleſcẽtẽ hoiem defeciſſe uenia potiꝰ dignũ erat q̃ accuſatiõe, qn
& iuxta poetã, ſi deficiãt uires audacia certe laus erit & in magnis uoluiſſe ſat ẽ ꝙ
ſi & nr̃a ætate multi Gorgiã Leõtinũ imitati nõ mõ de nõgẽtis ſed de oĩbus ẽt om
niũ artiũ queſtionibꝰ ſoliti ſunt nõ ſine laude ꝓponere diſputationẽ, Cur mihi nõ Gorgias
liceat uel ſine culpa de multis qdẽ ſed tñ certis & determiatis diſputare. At ſuper Leõtinꝰ
fluũ inqũt hoc & ambitioſum. Ego uero nõ ſupfluo mõ, ſed neceſſario factũ hoc a
me cõtendo quod & ipſi ſi meã philoſophãdĩ rationẽ cõſiderarint inuiti ẽt fateanẽ
plane neceſſe eſt. Q ui enĩ ſe cuipiã ex phorũ familiis addixerũt Thomæ uidelicet
aut Scoto qui nunc plurimũ in manibus fauẽtes poſſunt illi quidẽ uel in paucarũ Thomas
queſtionũ diſcuſſione ſuæ doctrinæ periculum facere, At ego ita me inſtitui ut Scotus

in nullius uerba iuratus me per oēs phiæ magistros fundere oēs scædas excutere. oēs familias agnoscere. Quare cū mihi de illis oibus eēt dicēdum ne si priuati dogmatis defensor reliqua posthabuissem illi uiderer obstrictus. Nō potuerūt ēt si pauca de singulis ꝓponerent nō eē plurima quæ simul de oibus afferebantur. Nec id in me qsq̄ dānet ꝙ me quocunq; ferar tēpestas deferar hospes. Fuit.n. cum ab antiquis oibus hoc obseruatū ut oē scriptoꝝ genus euoluētes nullas quas posset cōmētationes illectas præterirēt. Tum maxie ab Aristotele qui eā ob cām αναγνωστης .i. lector Platone nūcupabatur, & profecto angustæ est mētis intra unam se porticū, aut Academiā cōtinuisse. Nec pōt ex oibus sibi recte ꝓpriam se legisse, q oēs prius familiariter nō agnouerit. Adde ꝙ in unaquaq; familia ē aliquid insigne qđ non sit ei comune cū cæteris. atq; ut a nfis ad quos postremo phia puenit nūc exordiar. Est i Ioāne Scoto uegetū qddā atq; discussū. In Thoma solidū & æquabile In Egidio tersū & exactū, i Frācisco acre, & acutū. In Alberto priscū amplū & grāde. In Henrico ut mihi uisū ē semp sublime & uenerādū. Est apud Arabes in Auēroe firmū & incōcussum. In auēpace in Alpharabio graue & meditatū. In Auicēna diuinū atq; platonicū. Est apud græcos in uniuersū quidē nitida in primis & casta phia. Apud simpliciū locuples & copiosa. Apud Themistiū elegās & compēdiaria Apud Alexandrum cōstās & docta. Apud Theophrastū grauiter elaborata. Apud Ammoniū enodis & gratiosa. Et si ad platonicos te cōuerteris ut paucos pcēseā, In Porphyrio reruz copia & multiiuga religione delectaberis in Iamblico secretiorem phiam, & barbarorum mysteria ueneraberis. In Plotino priuū quicq̄ nō ē qđ admireris: qui se undiq; præbet admirandū quē de diuinis diuie, de hūanis lōge supra hominē docta sermōis obliqta te loquētē sudātes platonici uix itelligūt. Præterea magis nouicios Proclū Asiatica fertilitate luxuriātē, & q ab eo fluxerūt Hermiam Damastū Olympiodoꝝ & complures alios in qbus oibus illud το θειον .i. diuinū peculiare Platōicoꝝ simbolū elucet semp. Accedit ꝙ si qua ē secta quæ ueriora icessāt dogmata & bonas cās igenii calūnia ludificet: ea ueritatē firmat, nō infirmat, & uelut motu quassatā flāmā excitat, non extiguit. hac ego rōe motus non unius mō ut quibusdā placebat, Sed oīgenæ doctrinæ placita i medium afferre uolui ut hac cōplurīū sectaꝝ collatione hac multifariæ discussione phiæ ille ueritatis fulgor cuius Plato meminit in epistolis ais nfis, quasi sol oriens exalto clarius illucesceret. Quid erat si latinoꝝ tm̄ Alberti. s. Thomæ, Scoti, Egidii, Francisci, Henriciq; phia obmissis græcorū arabūq; phis tractabat, qñ omnis sapiētia a barbaris ad græcos a græcis ad nos manauit. Ita nostrates semp in philosophandi rōne peregrinis inuētis stare & aliena excoluisse sibi duxerunt satis. Quid erat cū piparheticis egisse de naturalibus nisi & platonicorum accesseribatur academia, quorum doctrina & de diuinis semper inter oēs phias teste Augustino habita est sanctissima, & a me nunc primū quod sciā, uerbo absit inuidia, Post multa sæcula sub disputandi examen est in publicum allata, Quid erat & aliorum quotquot erant tractasse opiniones si quasi ad sapientum symposium a symboli accedentes, nihil nos quod esset nostrum nostro partum & elaboratum ingenio afferebamus. profecto ingenerosum est, ut ait Seneca sapere solum ex commentaria & quasi maiorum inuenta nostræ industriæ uiam præcluserint quasi in nobis effœta sit uis naturæ, nihil ex se parere quod ueritatem si non demōstret saltem innuat uel de longinquo. Quod si in agro colonus in uxo

[Margin notes: Aristoteles. — Plato — Scotus — Thomas — Egidius. — Albertus — Henricus — Auērois. — Auēpace — Alpharabius. — Auicēna. — Themistius. — Alexander — theophrastus — Porphyrius. — Iāblicus. — Plotinus. — Proclus. — Hermias — Damastius. — Plato. — Augustinus, — Seneca.]

1.

re maritus odit sterilitatē certe tāto magis infœcundā aiām oderit illi cōplicita & associata diuina mēs, quāto inde nobilior lōge ples desideraẽ. Propterea nō contē tus ego præter cōes doctrinas multa de Mercurii trimegisti prisca theologia. Mul ta de Chaldæoꝶ de Pythagore disciplinis, multa de secretionbus hebræorum addi disse mysteriis, plurima quoqꝫ p nos inuēta & meditata de naturalibus & diuinis rebus disputāda ꝓposuimus. Proposuimus primo Platonis Aristotelisqꝫ cōcordiā a multis ante hac creditā a nemine satis probatā. Boetius apud latinos id se factu- rū pollicitus nō inueniẽ fecisse unq̄ quod semp facere uoluit. Simplicius apd' græ cos idē ꝓfessus, utinā id tā præstaret q̄ polliceẽ. Scribit & Aug. in academicis non defuisse plures q subtilissimis suis disputatiōibus idem ꝓbare conati sint. Plato nis. f. & Aristo. eandē esse phiam. Ioānes itē grāmaticus cū dicat apud eos tm̄ dissi- dere Platonē ab aristotele, q Platonis dicta nō intelligūt ꝓbandū tñ posteris hoc reliquit. Addidimus āt & plures locos in qbus Scoti & Thomæ plures in quibus Auerrois & Auicēnæ snīas, quæ discordes existimātur cōcordes esse nos asseuera- mus, Secūdo loco quæ in phia cū aristotelica tū Platonica excogitauimus nos, tū duo &. lxx. noua dogmata physica & methaphysica collocauimus, quæ si quis te- neat, poterit nisi fallor quācūqꝫ de rebus naturalibus diuinisqꝫ ꝓpositā quæstionē longe alia dissoluere rōe q̄ p eā edoceamur, quæ & legiẽ in scholis, & ab hui⁹ æui doctoribus coliẽ phiam. Nec tam admirari qs debet me in primis annis in tenera ætate p quā uix licuit ut iactāt quidā alioꝶ legere cōmentationes, nouam afferre uelle phiam q̄ uel laudare illā si defendiẽ, uel dānare si reprobaẽ. Deniqꝫ cum nr̄a inuēta hæc nr̄asqꝫ sunt lr̄as iudicaturi nō auctoris ānos, sed illorū merita poti⁹ uel demerita nūerai e. Est āt & p̄ter illā alia quā nos attulimus noua p numeros philo sophādi institutio, antiq̄ illa quidē & a priscis theologis a Pythagora præsertim ab aglaophemo, a Philolao, a Platone prioribusqꝫ Platonicis obseruata. Sed quæ hac tēpestate ut pclara alia posterioꝶ incuria sic exoleuit ut uix uestigia ipsius ulla re- perianẽ. Scribit Plato in Epimenide iter oēs liberales artes & sciētias cōtemplatri ces pcipuā maximeqꝫ diuinā esse sciam numerandi, Quærēs irē cur hō aīal sapien- tissimū. Rñdet qa nūerare nouit. cui⁹ snīæ & Aristoteles meminit in ꝓblematis. Scribit Abunasar uerbū fuisse auēzoar Babylonii eū oīa nosse q nouerat numera re. Quæ uera esse nullo mō possunt si per numerādi artē eam artē intellexerūt, cu- ius nunc mercatores in primis sunt peritissimi. Quod & Plato testatur exerta nos admonens uoce, ne diuinam hanc arithmeticā mercatoriam esse arithmeticā intel- ligamus. hanc ego arithmeticā quæ ita extollitur cū mihi uideat post multas lucu brationes exploratā habere huiusce rei periculū facturus ad quatuor & septuagin ta quæstiōes quæ iter physicas & diuinas principales existimanẽ rn̄suꝶ p nūeros publice me sum pollicitus. Proposuimus & magica theoremata in qbus duplicē esẽ magiā significam9, quaꝶ altera dæmonū tota ope & auctoritate cōstat res me- diussidi9 execrāda & portētosa. altera nihil ē aliud cū bn̄ exploraẽ q̄ naturalis phi losophie absoluta cōsumatio. Vtriusqꝫ cū meminerit græci illam magiæ nullo mō noie dignātes γοητείαν nūcupāt, hāc ꝓpria peculiariqꝫ appellatiōe μαγείαν qua si pfectā summāqꝫ sciam uocāt. Idē eni ut ait Porphyri⁹ psaꝶ lingua mag⁹ sonat, quod apud nos diuinoꝶ interpres & cultor. Magna autē imo maxima inter has ar tes disparilitas & dissimilitudo. Illa non modo christiana religio, sed omnes leges

Platonis & Aristo telis con cordia

Simplici us.

Augusti- nus.

Io. gram maticus.

Nota no ua dog- mata ex- cogitata.

Nota

Noua in stitutio philoso- phandi p numeros

Plato

Aristote les.

abunasar auēzoar.

Plato

Duplex Magia

Magus

oĩs bene instituta respublica dãnat & execrat̃. Hanc oẽs sapientes oẽs cælestiũ & diuinaꝝ reꝝ studiosæ natiões approbãt & amplectunt̃. Illa artiũ fraudulentissima, hæc altior sanctiorq; phĩa, Illa irrita & uana, hæc firma fidelis & solida. illã qsquis coluit semp dissimulauit, ꝙ in auctoris eẽt ignominiã & cõtumeliã. Ex hac sũma litteraꝝ claritas gloriaq; antiquitus & pene semp petita. Illius nemo unq̃ studios9 fuit uir phũs & cupidus discẽdi bonas artes, ad hanc Pythagoras, Empedocles, Democritus. Plato discendã nauigauere, hanc prædicauerunt reuersi, & ĩ archanis præcipuã habuerũt. Illa ut nullis rõibus ita nec certis ꝓbat̃ auctoribus. Hæc clarissimis quasi parẽtibus honestata duos præcipue hẽt auctores Xamolsidẽ quẽ imitatus ẽ Abbaris hypborreus, & Zoroastrẽ nõ qui creditur sed illũ Oromasi filium. utriusq; magiæ quid sit, Platonẽ si ꝑcontemur rñdebit in Aalcibiade Zoroastris magiam non ee aliud q̃ diuinoꝝ sciam qua filios psarum reges erudiebãt, ut ad exẽplar mundanæ rei publicæ suã ipi regere rẽ publicam edocerent̃. Rñdebit in Carmide magiam Xamolsidis esse animi medicinam, ꝑ quam. s. aio temperantia ut per illam corpori sanitas comparatur horum uestigiis postea perstiterunt Carõdas, Damigeron, Apollinius, Hostanes, & Dardanus, perstitit Homerus quem ut omnes alias sapias, ita hanc quoq; sub sui Vlyxis erroribus dissimulasse, In poetica nostra theologia aliquando probabimus. perstiterunt Eudoxus & Hermippus perstiterunt fere omnes qui Pythagorica Platonicaq; mysteria sunt perscrutati. Ex iunioribus aũt qui eam olfecerint tres reperio, Alchindum arabem, Rogenũ bachonem & Gulielmũ parisien. & tempestate nostra uidi Antoniũ cronicũ q̃q̃ ĩ maxis agendis tractandisq; rebus occupatissimum, quæ illius tamẽ ẽ ingenii sublimitas & elegantia ut oẽs alias liberales artes, ita hanc quoq; pulcherrime attigisse. Meminit & Plotinus ubi naturæ ministrũ & nõ artificẽ magum demõstrat. hanc magiã ꝓbat asseueratq; uir sapientissimus alteram ita abhorrẽs ut cũ ad maloꝝ dæmonũ sacra uocaret̃, rectius eẽ dixerit ad se illos q̃ ad se illos accedere, & merito quidẽ. Vt. n. illa obnoxiũ mancipatũq; iprobis potestat. b9 hoiem reddit, ita hæc illaꝝ pricipẽ & dñm, illa deniq; nec artis nec sciæ sibi põt nomen uendicare. Hæc altissimis plena mysteriis profundissimam rerum secretissimarum contẽplationem, & demũ totius naturæ cognitionẽ cõplectitur, hæc inter sparsas dei bñficio & inter seminatas mũdo uirtutes quasi de latebris euocans in lucẽ nõ tam facit miranda q̃ facienti naturæ sedula famulat̃, hæc uniuersi consensum quẽ significãtius græci συμπαθειαν dicunt introrsum perscrutatius rimata & mutuã naturarum cognitionem hñs perspectam natiuas addimens unicuiq; rei & suas illecebras quæ magorum ιυγγες nominantur in mundi recessibus in naturæ gremio in promptuariis archanisq; dei latitãtia miracula quasi ipsa sit artifex promit in publicum, & sicut agricola ulmos uitibus ita magus terram cælo. i. inferiora superioꝝ dotibus uirtutibusq; maritat; quo fit ut q̃ illa prodigiosa & noxia tam hæc diuina & salutaris appareat, ob hoc præcipue ꝙ illa hoiem dei hostibus mancipãs auocat a deo, hæc ĩ eã opeꝝ dei admirationem excitat: quã ꝓpensa caritas fides ac spes certissime cõsequuntur. Neq;. n. ad religionem ad dei cultũ qcq̃ ꝓmouet magis q̃ assidua cõtemplatio mirabiliũ dei: quæ ut per hanc de qua agimus naturalem magiam bene explorauerimus in opificis cultũ amoréq; ardentius animati illud canere cõpellemur. Pleni sunt cæli plena est omnis terra maiestate gloriæ tuæ. & hæc satis de magia, de qua hæc diximus ꝙ

Verba, plinii libro .xxx.
Xamosi des.
Abbaris hyperboreus,
Zoroaster.
Plato
Carõdas
Damygeron.
Apollonius.
Dardan9
Homer9
Eudoxus
Hermippus.
Gulielmus parisiensis
Antonius cronicus
Plotinus:
Nota.
Quid ad dei religionem ꝓmoueat potissimum.

sunt plures qui sicut canes ignotos semper adlatrant, ita & ipsi sæpe damnant oderuntq; quæ non intelligunt. Venio nũc ad ea quæ ex antiquis hebræorum mysteriis eruta ad sacrosanctã & catholicã, fidẽ cõfirmandã attuli. Quæ ne forte ab his quibus sunt ignota cõmenticiæ nugæ, aut fabulæ circulatorũ existiment. Volo intelligant oẽs quæ & qualia sint unde petita, qbus & q̃ claris auctoribus confirmata, q̃ reposita q̃ diuina q̃ nostris hominibus ad propugnandã religionẽ cõtra hebræorum importunas calumnias sint necessaria. Scribunt nõ modo celebres hebræorum doctores, sed ex nostris quoq; Esdras, Hilarius, & Origenes, Mosem nõ legem modo quã quinq; exaratã libris posteris reliquit, sed secretiorem quoq; & uerã legis enarrationẽ in monte diuinitus accepisse. Præceptũ autẽ ei a deo ut legem quidẽ populo publicaret, legis interpretationẽ nec traderet litteris nec inuulgaret. sed ipse Iesunaue tantũ tum ille aliis deinceps succedẽtibus sacerdotum primoribus magna silentii religione reuelaret. & merito quidẽ. Satis enim erat uulgaribus & per simplicẽ historiã nunc dei potentiã, nũc in improbos irã, in bonos clementiã, in omnes iusticiã agnoscere. & p diuina salutariaq; præcepta ad bñ beateq; uiuendum & cultũ ueræ religionis instituí. At mysteria secretiora & sub cortice legis rudiq; uerborũ prætextu latitantia altissimæ diuinitatis archana plebi palã facere. Quid erat aliud q̃ dare sanctũ canibus, & inter porcos spargere margaritas? Ergo hæc clã uulgo habere perfectis cõmunicanda, inter quos tantũ sapientiam loqui se ait Paulus nõ humani consilii sed diuini præcepti fuit. Quẽ morẽ antiqui quoq; philosophi sanctissime obseruarũt. Pythagoras nihil scripsit nisi paucula quædã, quæ Damæ filiæ moriens cõmendauit. Aegyptiorũ templis insculptæ spinges hoc admonebãt ut mystica dogmata p enigmatũ nodos a pphana multitudine inuiolata custodirẽtur, Plato Dioni quædam de supremis scribens substantiis per enigmata inquit dicendũ est. ne si epistola forte ad aliorũ peruenerit manus quæ tibi scribimus ab aliis intelligantur. Aristoteles libros primæ philosophiæ in quibus agit de diuinis editos esse & nõ editos dicebat. Quid plura Iesum Christum uitæ magistrum asserit Origenes multa reuelasse discipulis, quæ illi ne uulgo fierent cõmunia scribere noluerũt. Quod maxime cõfirmat Dionysius areopagita qui secretiora mysteria a nostræ religionis auctoribus. id est ex animo in animũ sine litteris medio intercedẽte uerbo ait fuisse transfusa. Hoc eodẽ penitus mõ cũ ex dei præcepto uera illa legis interpretatio Mosi deitus tradita reuelaretur, dicta est Cabala, quod idẽ est apud hebræos quod apud nos receptio. ob id scilicet q; illã doctrinã non p litterarũ monuimẽta sed ordinariis reuelationũ successionibus alter ab altero quasi hæreditario iure recipet. Verũ postq̃ hebræi a Babylonica captiuitate restitui p Cyrũ & sub Zorababel instaurato tẽplo ad repandam legẽ animũ appulerũt. Esdras tũc ecclesiæ pfectus post emẽdatũ Moseos librum cu plane cognosceret p exilia cædes, fugas, captiuitatẽ gẽtis Israeliticæ institutum a maiorib9 morẽ tradẽdæ p manus doctrinæ seruari nõ posse, futurũq; ut sibi diuinitus indulta cælestis doctrinæ archana perirẽt, quorũ cõmentariis nõ intercedẽtibus durare diu memoria nõ poterat. Cõstituit ut cõuocatis qui tũc superant sapientibus afferret unusquisq; in mediũ quæ de mysteriis legis memoriter tenebat, adhibitisq; notariis in septuaginta uolumina, tot enĩ fere in sinedrio sapientes redige-

Esdras
Hilarius
Origeñ.
Pythagoras.
Dama
Plato
Aristoteles.
Iesus cristus.
Origeñ.
Dionysi.
Cabala
Cyrus
Zorababel
Esdras.

Esdras. rentur. Qua de re q mihi non credũt audiãt Esdrã ipm sic loquẽtẽ, Exactis quadra ginta dieb9 locutus ẽ altissimus dicẽs. Prioraq; scripsisti in palã põe legãt digni & indigni. Nouissimos aũt.lxx.libros cõseruabis ut tradas sapientibus de populo tuo In his.n.ẽ uena intellectus & sapientiæ fons & sciẽtiæ flumẽ atq; ita feci, Hæc Esdras ad uerbum. Hi sunt libri sciæ Cabalæ in quibus merito Esdras uenã intellectus.i.ineffabilẽ desup substantiali deitate theologiam sapiæ fontẽ.i.de intelligibilibus angelicisq; formis exactam methaphysicã & sciæ flumẽ i.de rebus naturalib9 firmissimã phiam eẽ clara in primis uoce ꝓnunciauit. Hi libri Sixtus q̃rtus pontifex maximus, q hũc sub quo uiuimus fœliciter Innocẽtium octauũ ꝓxime ãncessit maxima cura studioq; curauit ut in publicã fidei nostræ utilitatẽ latinis litteris mãdarenť. Iamq; cũ ille decessit, tres ex illis peruenerãt ad latinos. Hi libri apud hebræos hac tẽpestate tãta religione colunť, ut neminẽ liceat nisi annos.xl.natũ illos attigeť. hos ego libros non mediocri impẽsa mihi cũ cõparassem, sũma diligẽtia in defessis laboribus cũ perlegissẽ, uidi i illis testis (ẽ deus) religiõe nõ tã Mosaicã q̃ xpiana ibi trinitatis mysteriũ. ibi uerbi incarnatio. ibi messiæ diuinitas. ibi de peccato originali, de illius per xpm expiatiõe, de cælesti Hierusalẽ, de casu dæmonũ, d' ordinibus angeloꝶ, de purgatoriis, de infernoꝶ pœnis. Eadẽ legi quæ apud paulum & dyonisiũ, apud hieronymũ & augustinũ quotidie legimus. In his uero quæ spectant ad phiam Pythagoram ꝓrsus audias & Platonẽ: quorum decreta ita sũt fidei xpianæ affinia ut augustinus noster imẽsas deo grãs agat, q; ad eius manus peruenerint libri Platonicoꝶ. In plenum nulla ẽ ferme de re nobis cũ hebræis cõtrouersia, de q̃ ex libris cabalistaꝶ ita redargui cõuinciq; non possint, ut ne angelus qdẽ reliquus sit i quẽ se cõdãt. Cuius rei testẽ grauissimum hẽo antonium cronicũ uiꝶ eruditissimũ, q suis auribus cũ apud eũ eẽm in conuiuio audiuit Dattilum Hebræum peritũ huius sciæ in xpianoꝶ ꝓrsus de trinitate sñiam pedibus manibusq; d'cẽdere. Et ut reliqua meæ disputatõis capita percẽseã. attullimur & nr̃am de interp̃tandis Orphei Zoroastrisq; carminibus sñiam. Orpheus apud græcos ferme integer, zoroaster apud eos mancus, apud chaldeos absolutior legiť. ambe priscæ sapiẽtiæ crediti p̃es & auctores, Nã ut taceã de zoroastre, cuius frequens apud platonicos nõ sine sũma semper ueneratõe est mentio. Scribit Iamblicus calcideus habuisse Pythagorã orphicã theologiã tanq̃ exẽplar ad q̃ ipẽ suam effingeŕt formaretq; phiam. Quin idcirco tm̃ dicta Pythagoræ sacra nũcupari dicũt. q; ab Orphei fluxerint institutis. Inde secreta de nũeris doctrina, & qcqd magnũ sublimeq; habuit græca philosophia aut a primo fonte manauit. Sed q erat ueteꝶ mos theologorũ, ita Orphe9 suoꝶ dogmatũ mysteria fabulaꝶ intexit inuolucris, & poetico uelamẽto dissimulauit, ut si qs legat illius hymnos nihil subesse credat p̃ter fabellas nugasq; meracissimas. quod uolui dixisse ut cognoscať qs mihi labor quæ fuerit difficultas ex affectatis enygmatũ syrpis & fabularum latebris latitãtes eruere secretæ phiæ sensus nulla, ꝓsertim in re tã graui tam abscõdita inexplorataq; adiuto alioꝶ interp̃tũ opa & diligẽtia. Et tamẽ oblatrabãt cães mei minutula quædam & leuia ad numeri ostẽtatõem me accumulasse, quasi nõ oẽs quæ ambiguæ maxiæ cõtrouersæq; sũt qõnes i qb9 p̃cipales digladiãť academiæ qi nõ multa attuleri his ipis qui & mea carpũt. & se credunt philosophoꝶ principes' & incognita prorsus & in tentata Quim ego tantum absum ab ea culpa ut curauerim in quam paucissima potui ca

Marginalia: Sixt9 q̃rtus. — Innocentius. — Nota. — Augustinus, — Antoni9 cronicus. — Dattilus hebræus. — Orpheus — Zoroaster. — Iamblic9 — Pythagoras. — Nota

pita cogere disputationē, quā si ut. cōsueuerūt alii partiri ipse in sua mēbra & lāciare uoluissem innumeꝝ ꝑfecto numerū excreuisset. Et ut taceā de cæteris, qs est qui nesciat unū dogma ex nōgentis q. s. de cōcilianda ē Platonis. Aristotelisq; philosophia potuisse me citra oēm affectatæ numerositatis suspitionē in sexcēta ne dicā plura capita deduxisse locos. s. oēs in qbus dissidere alii cōuenire ego illos existimo ꝑticulatim enumerantē. Sed quid ego his diutius ĩmoror, & nō potius ad id de uenio cuius grā totū hoc opus susceptū est, ut liqdo ut luce clari9 ut extra oēm controuersiā nō me solū nō impiū, sed ipios & hæreticos esse illos cōprobē, q me hæreticū esse aut fuisse aliqn̄ dicere nō erubescūt. Agā āt hoc ego non conuitiis & cōtumeliis, sed ipsis rebus & rationibus afferēdo in mediū quæ dixi, q̄ scripsi, quæ sensi. Q uid itē illi dixerint & senserīt. Examinabūt hæc deinde alii uiri docti & insignes & apud nostras & apud exteras Academias iudicabit sancta sedes & sedens in ea Innocētius octau9. Cuius iudiciū negligere aut uiolare nephas & flagitiū, Ipse iudex supremus in terris q eū refert, q iudex ē uiuorū & mortuoꝝ. Ipse ꝑmptuariū archanūq; ueritatis q eius agit uices q ē ipsa ueritas & caro fact9 habitauit ĩ nobis ut ueritatē nobis ānunciaret. S; iā ad ipsas examinādas q̄stiōes descēdamus, q̄s magr̄i isti q̄si hæreticas dānarūt. Q ď facturo mutāda ē loquēdi rō. Est ei mihi cū barbaris s̄mo, & ut lepide ē in ꝓuerbio balbi n̄ nisi balbos itelligūt.

Sancta sedes. Innocentius.

QVAESTIO PRIMA DE DESCENSV CHRISTI AD INFEROS.

Lepidū prouerbium.



Rima cōclusio ex ꝓpositis a me in disputatione mea quā isti dānauerūt fuit hæc. Christus nō ueraciter & quātū ad realē p̄sentiā descēdit ad inferos, ut ponit Thomas & cōis uia sed solū quo ad effectū. Circa istā conclusionē primo uolo declarare sensum meū & quæ sit mēs & opinio mea de mō descēsus Christi quā fuit meæ intētionis explicare in ꝓposita cōclusiōe & ostēdere illam nō solū esse catholicā, & a multis catholicis doctorib9 creditā & approbatā. Sed ēt sua opposita lōge ꝓbabiliorē. Scd'o declarabo q̄uō ēt ipa ꝓpositio de uirtute s̄monōis & scd'm vim uerboꝝ a doctis uiris nullo mō ē hæretica uel hæresim sapiēs simpliciter iudicāda. Tertio declarabo q; ipsi errāt ĩ fide si ꝑsistūt ĩ hac s̄nia q; ego nō possim cōclusionē meā ēt in sensu quē ꝑmittit uis uerborū ab hæresi defendere. Q uarto & ultio ex supabūdāti ondā q; nullo mō p̄nt se excusare q; ĩ cōsulte nō fuerit fctā dānatio coꝝ. Pri9 āt quā exponā modū scd'm quē ego teneo xp̄m descēdisse ad iferos uolo hæc p̄mitteř q; licet teneamur explicite & in ꝑticulari credere xp̄m descēdisse ad iferos tanq̄ articulū fidei a Philippo nobis traditū & ꝓmulgatū sic q; ēt ꝓtestatio mea aut ei silis nō saluaret illum q poneret oppositū isti9 articuli. Nō uideť t̄n q; determiatū modū illi9 descēsus teneať quilibet fidelis explicite & ĩ ꝑticulari credere. Sed sufficere v̄r homī xp̄iano q; credat cristū descēdisse ad iferos nō scd'm corp9 nec scd'm corp9 & aīam, sed scd'm aīam t̄m & hūc descēsum scd'm aīam credat fuisse mō possibili decēti expediēti & oportuno & hoc qa determiat9 mod9 illi9 descēsus nō h̄r exp̄sse, nec v̄r cōuinci ex scriptura sacra nec ex aliq̄ determiatiōe uniuersalis ecclesiæ aut sp̄ali dei reuelatiōe uel apostoloꝝ fideli relatiōe. Imo q; pl9 ē Scotus ĩ sacris l̄ris nō paꝝ exercitatus dicit q; ex scriptura sacra nō habeť q; Christus descēderit ad iferos: ut refert Frācīscus de mayronis in quarto s̄niarum. Q uāto minus dicere possumus q; ex scriptura habeatur

Quomō in declaranda cō clusione ꝓcessur9 sit.

Scotus Frācisc9, de Mayronis.

certus & determinatus modus descensus christi. Vnde & non defuit aliquis doctor cuius ego ēt in hoc articulo dānationem nūq̄ legi cui uisum est ꝓbabile, & cum ueritate articuli defensabile ꝙ aīa xp̄i nō fuerit præsentialiter in iferno, & auctoritates oēs quas & Fräciscus i quarto & theologi alii adducūt in tertio, uideri potest alicui ꝙ ita possint expōi de descensu p effectū sicut per realē præsentiā. ēt sequēdo modum exponēdi scripturam quē sequūtur ipsimet doctores qui tenēt oppositum. Legitur. n. ecclesiaste. xxiiii. Penetrabo omnes iferiores partes terræ. Quod exponens Thomas i tertia parte summæ dicit itelligēdum esse per effectum. ergo a simili diceret forte aliquis posse exponi auctoritates dicentes ipsum penetrasse ad limbum uel ad sinum Abrahæ. Idē. n. ē penetrare ꝙ penitus & intra intrare, quod ēt plus est q̄ descēdere. Quare si nō solum itrasse sed ēt penitus & intro intrasse dicetur iferiores partes terræ nō quia ibi fuit realiter præsens, sed quia ibi fuit solum p effectum Ita poterit ēt dici fuisse i sinu Abrahæ, & itrasse sinum Abrahæ per effectum tātum & nō per realē præsentiam. Hæc aūt nō ideo dico, quia ego crediderim unq̄ ꝙ christ9 alibi existēs præsentialiter ideo solum dicatur fuisse i iferno, quia ibi aliquid sit operatus sicut rex existēs i palatio dicitur eē i alio loco prouiciæ ubi auctoritate potestatis suæ & imperio suo aliquid efficaciter operatur. Neq; enim ista fuit opinio mea unq̄ ut mox patebit i declaratione opinionis meæ. Immo ego firmiter & teneo & tenui & publice semper & priuate dixi ꝙ sicubi fuit aīa christi i triduo ipa fuit i iferno & ꝙ ipa uere ibi fuit præsens. Sed uolui hæc dixisse ad pleniorem huius materiæ examinationē, ut & illud Augustini dictum in libro de hæresibus uerificari uideamus nihil esse difficilius q̄ definire hoc est hæreticum aut hæreticum. Vnde & ꝓpter hoc dicit ipse cōtigisse ꝙ cum duo scriptores ambo celeberrimi. Epiphani9 & Philistrius de hæresibus scripsissent in numerandis illis multū discordant non ab aliam cām q̄ pp ea ꝙ illud ꝙ uni uidebatur hæreticū alteri nō uidebatur. Sed iam uenio ad manifestandā opinionē meā demodo descensus Christi & ad perfecte declarandū conclusionem meā. Primo sūmatim ponens intellectū eius, Secundo illū latius explicās & ꝓbans. Sūmarius sensus conclusionis meæ est iste. Quia Christ9 secundū aīam tantum descendit ad inferos & animæ sicut cuicunq; substantiæ separatæ uidet᷑ non competere locari uel moueri localiter nisi ratione operationis. Ideo dico ꝙ descendisse ad infernū, uel fuisse in inferno localiter uidetur non competisse christo nisi ratione operationis ita ꝙ licet uere præsentialiter fuerit aīa christi in inferno sbā tamen nō fuit ei ratio præsentialitatis sed solum sua operatio. Quæ uerba ut plenius intelligantur, est aduertēdum ꝙ eorum qui ponūt sbās separatas nō eē in loco nisi p opatiōnē transeunte ē duplex opinio. Quidam enim dicunt ꝙ sbē i corporeæ rōne suæ sbē nullo mō debetur locus, sicut & ipsa uere nunq̄ est alba uel nigra. & ita & de ipsa secundum eos non irrationabiliter potest dici ꝙ nō est i loco & ꝙ nusq̄ ē. sicut ēt uere dicitur ꝙ nec ē calida nec frigida. Auctoritates autē scripturæ quæ uidētur angelis dare locum dum dicūt ipsos eē in cælo uel mitti adhūc locū uel ad illū eē intelligēdas sic. nō ꝙ ipsi hic uel ibi sint cū ipsi ꝓprio nō sint in loco, sed ꝙ hic operētur uel ibi, uel incipiant opari ubi prius non operabātur. & isti multum innitunt᷑ uerbis Gregorii niseni, qui dicit ꝙ cum nos deberemus dicere spūm opari hic, abusiue dicimus ipsum eē hic, & ita uult ista opinio, ꝙ substantia angeli uel aīæ sepatæ nūq̄ pōt dici pñs poti9 huic loco uel illi nisi pñs negatiue. i.

Fräciscus | Thomas | Augustinus. | No. | Epiphanius. | Philistri9 | Sūmarius sensus cōclusionis. | Duplex opinio eorum q ponunt substātias separatas p opationē trāseūtē i loco esse. | Prima Gregori9 nisenus.

indistans. Sed si quãdo dicit᷑ alicubi esse uel fuisse, idẽ ẽ ac si diceret᷑ alicubi operari uel operatã fuisse. Addũtq; ꝙ iste modus loquẽdi trãssumptus est a rebus corporalibus, quas quia nos uidemus nõ posse agere nisi ubi sunt præsentes saltẽ secũdũ cõem opinionẽ, ideo etiã idẽ credẽtes de incorporeis cõcludimus ꝙ ubi opant᷑ & ubi inuenit᷑ esse operatio eoꝝ ibi etiã sit eorũ substãtia localiter pñs. Cõcludũt finaliter ꝙ ruditas est ingenii & defectus imagiuatiõis nõ posse intelligere ꝙ aliquid sit ens & nõ sit in loco, & ꝙ friuolũ est argumentũ illorũ q dicũt ꝙ esse ꝑsupponit opari, quia uere est illa ꝓpositio ad hũc sensum ꝙ nõ ens nõ potest opari. Oportet enĩ agẽs esse in actu iuxta illud semp existimabit᷑ aliqua species mouens sed nõ est uera ad hũc sensum ꝙ opari in loco præsupponit esse in loco cũ stet operantẽ esse talis naturæ ꝙ ei nõ plus debet᷑ pñtia aut distãtia localis q̃ debeat᷑ albedo aut nigredo. Dicẽt ergo sic opinãtes ꝙ aĩa Christi sepata a corpe secundũ suam substantiã, nec fuit in inferno nec extra infernũ, sed uere nullibi fuit. Dicitur autẽ fuisse in inferno quia opata ẽ in inferno, & in illa pte inferni principalius dicit᷑ fuisse ubi principalius est operata. Istã autẽ opinionẽ de mõ essendi præsentialiter ĩ loco, licet etiã multi doctores teneãt, ego tamẽ nõ teneo nec sequutus sum eã in conclusione mea, sed eã tenui quã imediate subiungã. Est ergo alia opinio quæ dicit ꝙ substantia sepata sicut est angelus & anima nõ unita corpori est quidẽ uere in loco & ita uere definitiue est præsens localiter sicut res corporea est cõmẽsuratiue præsens localiter, & in hoc cõuenit ista uia cũ cõi quæ ẽ uia Scoti & oĩm Scotistarum Sed in hoc discrepãt ꝙ Scotistæ dicũt ꝙ finitio & limitatio essentiæ & finaliter intrinseca determinatio suæ substãtiæ ẽ ratio substãtiæ sepatæ essendi in loco. Ista ãt opinio quã ego sum secutus in cõclusione dicit. ꝙ sicut licet substãtia corporea sit cõmensuratiue in loco tamen ratio ei essendi taliter in loco nõ est sua substantialitas sed quãtitas quæ est extrinseca & extranea a ratione suæ substantiæ: ita etiã licet substãtia incorporea uere sit definitiue in loco & præsens localiter, tñ ratio ei essendi in loco nõ est sua substãtia, sed opatio eius ab ea transiẽs ad extra. Quam opinionem ego iudico sic intelligendã & sic intellectã iudico nõ solũ nõ hæreticã, sed etiã probabiliorẽ sua opposita. & est ꝙ etiã si finitas uel limitatio naturæ separatæ sit ei ratio nõ essendi ubiq; aut ratio ꝙ si sit in uno loco nõ sit simul in alio totali, & in utroq; per naturã nõ tamen ẽ ratio essendi simpliciter in loco ipso substantiæ separatæ. Sed eius effectus uel operatio capiendo operationem pro omni habitudine ad corpus uel locum habente se per modũ operationis actiue uel passiue. alia ab habitudine præsentialitatis loci &, hoc intelligendo de facto nõ negando aliũ modũ possibilẽ descẽsus uel locatiõis aĩe sepatæ ut dico in sequẽti cõclusione, q tñ modus ẽ nobis ignotus, hãc ego opinionẽ sequut⁹ in cõclusione mea dico xp̃m fuisse in inferno solũ p effectũ, qa ex quo non fuit ibi nisi sc̃d'm aĩam. Dicendum ẽ sc̃d'm opinionẽ istã ꝙ sicut substãtiæ corporeæ nõ cõpetit fuisse alicubi cõmẽsuratiue nisi p quãtitatẽ, ita illi aĩe nõ cõpetebat esse ĩ iferno, ubi credit᷑ fuisse nisi p effectũ & opationẽ, sed sicut ratio p̃sentialitatis aĩabus sanctoꝝ patrũ fuit habitudo ad illum locũ hñs se p modũ opatiõis trãseũtis sicut erat detẽtio & alligatio ad illũ locũ donec apta ianua a redẽptore extraheret᷑. Ita rõ p̃ñtialitatis aĩe xp̃i fuit opatio q̃ ibi ẽ opatus. & ꝙ ill. fuerit mẽs mea & ꝙ hoc ꝑtendãt uerba cõclusionis meæ ĩfra manifestabo ubi d clarabit᷑ cõclusionẽ ĩ se ẽt d' uirtute s̃mõis & sc̃d'ꝫ ui verboꝝ ñ eẽ

Secunda opinio quam auctor tenuit.

Declaratio opinionis.

Nota. hereticā iudicādā. Vtra aūt opinio sit uerior de modo essendi in loco substantiarū
separataꝝ Scotistarum.s.an coꝝ quos sum sequutus ego non determino hoc tan-
tum dico a tot tantisq; magistris doctoribus catholicis & doctrina & sanctitate ce
lebratissimis creditā eē opinionē meā & habitam pro uerissima, ut longe magis te-
merarii iudicādi sint, si qui sunt qui opinionē doctoꝝ tam ꝓbatoꝝ ꝑ heretica aut
hæresim sapiētē audent iudicare, q ego q auctoritatē ueteꝝ illorū theologorum iu
nioꝝ determinationibus anteponam, hanc enim opinionem q̄ ego sequor licet as
Bernardus d gānaco sertiue tenet nō solū durādus sed & Bernardus de gānaco in impugnatōibus Hē
rici quolibeto secundo. Tenet Thomas anglicus in quolibetis suis. Tenet Herue9
Thomas anglicus britonis in suo secōdo sniaꝝ. Tenuit & beatus Thomas in primo sententiarum, li
Herueus brito cet alibi deinde uideri potest sequi aliam opinionē. Tenet archiepiscopus malphi
.S.Thomas malphitensis tensis in suo secūdo. Tenet Ioannes parisiensis in correctorio corruptorii. & quid
Ioānes pisiensis plures enumero, tenuerūt credo istam opinionem plusq̄ centum doctores catholi
ci & probatissimi, quoꝝ libri non solū non reprobati ab ecclesia, sed celebres in oī
bus christianoꝝ gyrasiis publice leguntur. quos siquis uoluerit adire, uidere pote-
rit fundamēta opinionis & cognoscere probabilitatē eius, qd' ego nō íntēdo hic fa
cere, qui solum hoc ago ut sic ꝓpositas a me conclusiones declarē, ut inde nec sim
plices habere possint unde scandalizent', nec detractores si qui sunt quod calum-
Nota. nientur. Exercitii tamen gratia adducam quædā argumēta quæ audiui contra istā
Argumēta contra opinionē. Primo arguit' per articulū Parisien.cciiii. qui dicit dicere substantiam an
istam opinionem geli non esse in loco sine operatione. error. Secūdo arguit' quia possibile est substā
tiā separatam nihil operari ad extra. quo posito quæritur an sit alicubi an nusq̄, an
ubiq;, non nusq̄, quia adhuc illo posito erit pars uniuersi. & ita erit ueꝝ dicere q̄ ē
in mūdo nō ubiq;, quia hoc est ꝓpriū dei ergo alicubi. Tertio quia angeli dicunt'
Primum eē ī cælo empireo, & tñ nullā opationem trāseūtē hñt erga illud cælū. Itē instabat
Secundū qdā magister generalis potissimū duabus rōnibus. quaꝝ prima est hæc q̄ seclusa
Tertium quacūq; operatōe ad extra adhuc essentia angeli est finita, ergo adhuc ut sic defi-
Quartū nit' ad locū. Secūda ē hæc qa si qd uidet' eē quare neget' locus ab angelo hoc est
nō hēt extensionē hoc aūt nihil impedit, quia ēt si pūctus daretur separatus a linea
adhuc haberet situm, & tamē punctus nō hēt extēsionem. Ad primum multiplex
Solutio primi multiplex & declaratio parisien. patet responsio secundum prænominatos doctores. Sunt enim quidam qui uolē-
tes saluare articulum simul cū positione dicunt q̄ mens articuli ē q̄ opinio ponēs
substantiam separatam non eē in loco nisi per operationem quæ ē exterior motio
localis uel alteratio realis est error, & q̄ illa sit mens articuli patet quia articulus.
lxxvii. sic dicit quasi declarando istum dicer' q̄ si eēt aliqua substātia separata quæ
nō moueret aliquod corpus in hoc mundo illa non clauderetur in uniuerso. error.
Ecce q̄ sicut in articulo quē ponit arguēs dicit errorē esse angelum esse solū in lo
co p opatōnem, ita in isto dicit errorē esse dicere q̄ substantia separata non claudit'
ī hoc uniuerso nisi p motū corporis. Vnde ut' idē intelligere per operationē ī articu
lo.cciiii. q̄ p motū in articulo. lxxvii. Nō ponit aūt ista positio solū p operationem
Secunda isto mō sumptā angelum esse in loco, ut patebit in responsione ad tertiū. Item dicit
Gotfred9 de fōtib9 solemnis doctor Gotfredus de fontibus q̄ isti articuli indigent magne correctione
quia nonnulli sunt falsi, nōnulli adinuicem sibi cōtradicūt. & profecto in ista mate-
Nota. ria necesse est aut q̄ articulus exponatur modo immediate præposito, aut in ipsis

articulis sit cõtradictio manifesta. quod sic probo. Est eni articulus, ccviii. qui dicit q si intelligat q substãtia angeli nõ est ei ratio essendi in loco. uerum est dicere q nusq est secundũ substantiã. Et testat Henricus i quolibeto secũdo. q. ix. q omẽs magistri theologiæ cõgregati in hoc unanimiter cõuenerũt, q substãtia angeli nõ est ratio angelũ esse in loco, & dicit se fuisse iter illos magistros q hoc determinarũt. & subdit ipse Henricus ibidẽ q cõsimili ratiõe uerũ est indubitãter q si angelus p potentiã suã. s. p intellectũ & uoluntatẽ uirtutẽ suã nõ applicat ad locũ operãdo circa ipsum q simpliciter potẽtia eius intellectus. s. & uolũtas nõ est ratio essendi ipm in loco, qa potẽtia eius nõ est minoris abstractiõis q̃ sit eius substãtia, ergo sequit q uel erit cõcedere q ratio essendi eũ in loco erit aliqd habẽs se p modũ actus secũdi in corpus trãseuntis, quicqd sit illud. & est id quod ponit positio quã ego sequor uel in articulis erit manifesta cõtradictio. Vnde & Henricus in eodem loco fatet se nõ posse intelligere qũo substãtia separata sit in loco nisi agat aliquid aut patiat a loco uel a re existẽte in loco. Egidius autẽ & multi alii dicunt q de illis articulis nihil est curandũ, quia fuerũt facti nõ cõuocatis omnibus doctoribus Parisiẽsibus. sed ad requisitionẽ quorundã capitosorũ. Et quicqd sit de hoc hæc duo uolo dicere. Primo q nõ minus facit p positione nostra articulus. ccxxviii. q̃ faciat cõtra eũ articulus. cciiii. Secũdo q certũ est & ipsi etiã Parisiẽses hoc fatent q illi articuli nõ obligãt oẽs fideles, nec tenemur illis credere nisi inquãtum scriptura sacræ innitunt, aut determinationibus uniuersalis ecclesiæ. Vnde solent dicere anglici q illi articuli nõ transeunt mare, quare & nos si in re tã graui licet iocari, possumus dicere q nõ transeunt alpes. Quare & si conclusio mea esset cõtra articulũ meminerint q me dãnabãt q oio in me dãnando errabãt, quia dicebãt q conclusio mea erat cõtra symbolũ apostolicũ, cũ debuissent dicere q erat cõtra symbolũ Parisinũ. q̃q̃ & hoc est falsum ut pri9 õndimus. Videt autẽ mihi uerus intellectus illoꝝ articulorũ hic esse q in articulo. cciiii. si in eo sit sermo de opatione cõiter accepta mõ prædicto hoc intendat q etiã seclusa quacũq opatione adhuc finitas uel limitatio naturæ sepatæ erit ei ratio nõ essendi ubiq, aut ratio, q si sit in uno loco nõ est simul in alio totali. & in utroq p naturã. In articulo autẽ. ccxviii. credo q intendat q substãtia uel finitas substãtiæ nõ est ratio angelo essendi simpliciter in loco. isto mõ exponẽdo in articulis nulla ẽ cõtradictio & articuli sic itellecti nõ solũ sunt cõtra positionẽ meã, sed ipam totaliter ex utraq pte cõfirmãt, ut patet ex declaratiõe positiõis supra posita. Ad sc̃d'm dicit a multis cõcedẽdo q est possibile esse substãtiã incorporeã sine opatione trãseunte ad extra. hoc ãt posito in argumẽto uidet adduci q unũ sequat ex trib9 incõuenietib9, Primũ ẽ q cũ sit pars uniuersi icõueniẽs ẽ q nõ sit i uniuerso. Ad qd' illi dicerẽt q arguẽs æquocae de p te. Si eni p partẽ uniuersi itelligit id qd' habet sitũ determinatũ in uniuerso, sic dicẽt q angel9 nec cũ opatur nec cũ nõ opatur põt dici esse ps uniuersi. Si ãt itelligitur esse ptẽ entiũ. i. unũ ex entib9 & naturis uniuersi, sic cõcedẽt q tũc ẽ una pars uniuersi, imo una ex nobiliorib9. Sed ex hoc nõ uidet cõcludi q habeat sitũ uel definitionẽ ad locũ. Sc̃d'm icõueniẽs ẽ q nõ põt dici q sit ubiq, qa hoc ẽ ppriũ dei. ad hoc dicit q esse ubiq eo mõ quo de9 dicit a theologis esse ubiq; p essentiã. s. p potentiã & p̃sentiã dei ppriũ est & nulli naturæ creatæ põt cõpetere. Esse aũt ubiq. i. hic uel ibi p indifferentiã aut ubiq; p indistãtiã. i. uere esse secũdũ substantiam

Henric9

Tertia Egidius

Nota

Anglici

Declaratio articulorum

Solutio secũdi argumenti

secundu3 multos

Pars dupliciter capitur.

Esse ubiq dupliciter capitur.

Henric9 indistātē a quocūq; loco, utrū repugnet creaturæ audiatis Hēricū quolibeto. vii. q.
Duplex .ix. sic dicētē. In creatura pōt itelligi duplex limitatio. Vna in natura & essentia q̄ fi
limitatio nita ē & certis terminis cōtēta, & sic solus deus illimitatus & infinitus in natura.
Alia pōt itelligi limitatio naturæ, quæ ē limitatio ad situm qua ita finita ē & certis limitibus cōtēta, ut necesse sit eā eē alicubi nō nusq̄ nec ubiq;, sed ita hic q̄ non ibi uel q̄ ēt si nō determinate hic uel ibi tñ sub determinatiōe uel hic uel ibi uel alicubi & ptinet ista limitatio ad prædicamētū ubi q̄ ois creatura differat a deo p primā limitationē suā clare uideo. Q̄ uō aūt necesse sit oēm creaturā differre, & distare ab eo p scd'am limitationē quia s. ipse est ubiq;. Ois aūt creatura necessario est alicubi sed nō ubiq;. Dico q̄ penitus ignoro. hæc hēricus ad lrām exquibus uerbis satis clare habemus non posse intelligere hēricū qūo illud sit incōueniēs, quod illi adducūt pro incōueniēti. Tertium inconueniēs ē q̄ nisi cōcedatur q̄ sit alicubi sit cōcedēdū
S. Tho. q̄ nusq̄ sit Ad quod audiatis beatum Thomam in primo snīaꝝ di. xxxvii. sic respōdētem dicēdū inquit q̄ hoc non reputo incōueniēs q̄ angelus sine loco possit eē & nō in loco qn̄ nullam operationem circa locū habet, nec ē inconueniēs ut tūc nusq̄ uel in nullo loco eē dicat᷑. Sed tñ hoc nō est imaginabile, quia imaginatio cōtinuū nō transcendit. hæc Thomas ad litteram. Ad tertium dico q̄ argumētatio illa pro
Operatio cedit ex nō pleno intellectu nostræ pōnis. Non enim positio per operatōnē per quā
nē dupli dicit locari rem incorpoream intelligit solum operationem quæ est exterior motio
citer capi localis uel alteratio realis ut aliqualiter etiam tetigimus in responsione ad primū i expositione articuli Parisien. Sed capit opationem large pro omni motu uel influxu uel habitudine significata p modum opationis trāseūtis in corpus & exeūtis ab an
S. Tho. gelo uel ecōtra, & q̄ ille sit intellectus positōis patet ex uerbis Thomæ ī prio snīaꝝ di. xxxvii q. i. articulo primo, ubi uidet᷑ sequi istā opinionē qui sic dicit. Relinqt᷑ igit᷑ q̄ angelus non pōt diffiniri, & determinari ad locum nisi p actionē uel operationē Dico aūt operationē cōmuniter secundū q̄ angelus se habet ad corpus contētum in loco per modum præsidentis aut ministrantis. aut aliquo mō agentis aut patientis. Hæc Thomas ad uerbū Exquibus uerbis patet rñsio ad argumētū: qa licet an
Henric9 geli non hēant opationē erga cælū empireū quæ sit motio localis uel realis altera-
S. Tho. tio, habēt tñ aliquid se hñs per modū opationis transeūtis quale est persidentia uel aliquid simile. Ad q̄rtū. Cui adeo innitebat᷑ ille magister gn̄alis. & si qd sit dicēdū satis patere posset ex uerbis henrici supra allegatis in solutione secundi tamē audiamus & qd sanctus Thomas dicat de illa ratione. Dicūt qdam q̄ angelus non est in loco circūscriptiue sed definitiue, quia determinat᷑ ad locū aliquē sic quod ē i hoc loco ita q̄ non est in alio cum essentia eius finita est. Eo enim q̄ creata ē, dicunt q̄
Finē du- oportet intelligere q̄ sit determinata ad locum aliquē. Sed ista est ualde rudis pro
pliciter bō, quia pcedit ex æquocatōne finis. Cum. n dr̄ essentia angeli finita accipitur finis
capi p fine essentiæ & uirtutis scd'm quod definitio terminus dr̄ & non p fine dimēsiōis locus aūt dr̄ finitus scd'm tres quātitatis dimensiones. Finis aūt secundum utramq; acceptionē nullā commensurationem seu proportionem habet. Vnde non oprtet ut quod finitum est in essentiam ad terminos loci finiatur. hæc Thomas ad litterā Ex qbus sequit᷑ q̄ si non mentitur Thomas rudis est iste magister, qui rudem probationem suā uocabat demonstrationē. Ad aliā rōem de pūcto dico q̄ adhuc est rudior pria rōe. Pūctus, n. est res de genere quātitatis habēs sitū de sua natura res aūt

incorporea oío abſtrahit a ſitu,& ꝑfecto magna eſt ruditas imaginari.Similiter eſ
ſe de indiuiſibilitate rei incorporeæ & de indiuiſibilitate puncti quod ut ẽt fiat cla
rius iſti magiſtro.Dicat mihi ipſe quæſo,ſi eſſet unitas ſepata utrũ haberet deter- Arguitur
minatũ ſitũ.Certe patet ꝙ non qñ qdẽ p hoc di[illegible] unitas a puncto ꝙ pũctus cõtra op-
eſt poſitionẽ habẽs.unitas ãt non,ſed manifeſtũ [illegible] ꝙ angel9 & quelibet ſubſtãtia ponenteꝫ
incorporea adhuc ẽ abſtractior q̃ ſit quæcũqꝫ quãtitatis ſiue continua ſiue diſcreta Punctus
Methaphiſica enĩ ut patet ſcd'm oẽs ẽ de abſtractiorib9 q̃ ſit arithmetica q̃ ẽ una Vnitas
ex mathematicis,ergo multo min9 poterit dici de ãgelo ꝙ habeat ſitũ,ꝙ ſi iſte ma
giſter non põt imaginari abſtractionẽ angeli,ſaltẽ q̃lis eſt abſtractio unitatis.Au- Henric9
diat qd de ipſo ſit dicendũ ſcd'm Henricũ.Is enĩ in loco ubi ſupra de iſta loquens
materia inqt.Qui ergo non pñt angelũ itelligere ſcd'm rationem ſubſtãtie ſuæ ut
unitatẽ abſqꝫ ratione pũcti ſunt illi de qbus dicit Cõmẽtator ſup ſcd'o metha.in q
bus uirt9 imaginatiua dñaɼ ſup uirtutẽ cogitatiuã.& ideo ut dicit uidemus iſtos
non credere demonſtrationib9 niſi imaginatio eos comiteɼ.& qcqd cogitãt q̃tũ ẽ
aut ſitũ hñs inq̃to ut pũctus,unde taẽes melãcolici ſunt & optimi fiũt mathema-
tici.ſed ſunt naturales inepti.Hæc Hlricus ad uerbũ.Ex qbus ſeqɼ ꝙ ſcd'm Hen
ricũ iſte magɼ ſit male diſpoſit9 ad ſtudiũ phiæ naturalis.peius ad ſtudiũ metha-
phiſicæ peſſime ad ſtudiũ theologiæ quæ ẽt ẽ de abſtractiorib9.Relinqtur ergo ei
ſolũ aptitudo ad mathematica,in qbus cũ ſe non exercuent qd' iudiciũ de eo faci-
endũ ſit relinquaɼ ipſemet iudicet. Poſtq̃ ſolutæ ſunt rationes quæ aliter ſolẽt ad
duci cõtra fundamẽta poſitionis,quã ego ſum ſecutus i cõcluſiõe mea de mõ deſcẽ
ſus chriſti.Volo & afferre uerba Alberti noſtri nõ min9 ꝑfecto doctrina q̃ cogno Magnus
mẽto magni,quæ memini me legiſſe apud eũ de iſta materia in libro phiſicorum. Albertus
Tractatu eni primo.iiii.libri capitulo primo poſtq̃ illud expoſuit Ariſto.ꝙ antiq
decipiebanɼ;credẽtes ꝙ ſicut quod nõ eſt in loco,ita nihil ſit ens niſi ſit in loco di-
grediens.Deinde ſup iſto paſſu ſic inqt.Sũt autẽ etiã multi modernoꝝ q cõcedũt
cõſequẽs h9 cõſequẽtiæ,licet ſciãt nõ ualere cõſequẽtiã. Ex logicis eni ſcim9 non
ualere cõſequẽtiã in q̃ ꝓcediɼ a deſtructiõe añcedẽtis ad deſtructionẽ cõſequẽtis.
Et ideo licet uerũ ſit ꝙ illud quod nõ ẽ nuſq̃ eſt tñ nõ ꝓpter hoc ſequiɼ id quod ẽ
alicubi eſt.& licet hoc nõ ſequaɼ ex dictis.tñ ſunt multi q dicũt ꝙ oẽ quod eſt in
aliquo loco eſt utẽtes tali ratiõe,qa omne quod eſt unũ aliquod pticulare eſt.Par-
ticulare ãt eſt hic & nũc & qd' eſt hic & nũc alicubi ẽ.ergo omne quod eſt alicubi
eſt,Amplius oẽ quod eſt definitæ eſſentiæ eſt,qa intra terminos ſui coartaɼ,& qd'
definitæ eſſentiæ eſt in loco definitur.& quod in loco definitur in loco eſt aliquo.
Diſtinguunt autem iſti per Ioannẽ Damaſcenũ dicentẽ aliqd in loco eſſe dici du- Ioan. Da
pliciter.Eſt enĩ aliquid circũſcriptiue,cui principiũ & mediũ & ultimũ aſſignatur maſcen9
in loco.& hoc mõ dicũt corpa eſſe in loco.Eſt itẽ aliqd in loco definitiue cui9 eſ- Eſſe in lo
ſentia ſic finite claudiɼ in uno loco ꝙ extra ipſum nihil ſui inuenitur,& hoc mõ in- co dupli-
diuiſibilia dicũt eſſe in loco & ſimiliter intelligẽtias & aĩas &c.Sed nos iſta nõ cre- citer.
dimus.nã & ultimũ cælũ nõ definiɼ nec circũſcribiɼ loco eo ꝙ omne qd' eſt in lo-
co claudiɼ.& cõtineɼ a loco in quo ẽ & itelligẽtia p naturã ſuã nõ ẽ in loco nec in
aliq̃ loci dñia.Hæc Albert9 ad litterã.Vſitatã illã diſtinctionẽ de eſſe in loco defi-
nitiue & nõ circũſcriptiue nõ approbãs.quã tñ diſtinctionẽ aliquo mõ negari qui-
dẽ magiſtri oio nephas exiſtimabãt.Nũc ultimo reſtat ut oſtendã qualiter ſunt in

telligẽda uerba cõclusionis meæ, & declarẽ ẽt de uirtute sermonis ipam esse catholicã. Dicit ergo cõclusio. Xp̃us non ueraciter & q̃tũ ad realẽ p̃ntiã ut põit. Thomas & cõis uia descẽdit ad inferos, sed solum quo ad effectum. Vbi ẽ notandum q̃ li & ubi dicit̃ & q̃tũ ad realẽ p̃ntiã tenet̃ copulatiue. & ly & cũ dicit̃ ut ponit Thomas tenet̃ specificatiue, & determinatiue ut mox declarabo. Ex quib⁹ patet q̃ prædicta conclusio ẽ una ꝓpositio copulatiua negatiua uel de copulato extremo negatõne p̃posita coniũctioni copulatiue. Cuius sensus ẽ. Non ẽ ita q̃ xp̃us ueraciter & q̃tum ad realẽ p̃ntiam eo mõ quo ponit Thomas descenderit ad iferos &c, & illa copulatiua æquiualet uni disiunctiuæ affirmatiuæ de partibus contradicentib⁹. s. isti xp̃⁹ non descendit ueraciter ad iferos uel non descẽdit ad iferos scdm realẽ p̃ntiam &c. Ex quo sequitur q̃ ex dicta conclusione inferendo q̃ xp̃us non ueraciter descendit ad iferos est arguere a tota disiunctiua affirmatiua ad alterã eius ptem determinate. Talis aũt argumenatio peccat fm consequens. Disiũctiua. n. affirmatiua est cõsequens ad alteram eius ptem. Sequit̃ ulterius q̃ rõne falsitatis p̃dictæ partis non debet falsificari tota disiunctiua prædicta. Vnde in simili ista ꝓpositio est uera. Socrates est hõ. & illa est falsa Socrates est hõ, & deus non est deus. Ex qua argueret ergo Socrates non est homo, ꝑfecto puerile est. A simili ex ista copulatiua negatiua xp̃us non ueraciter & q̃tum ad realem p̃ntiam ut ponit Thomas descendit &c. Arguere ergo xp̃us non ueraciter descendit puerile est, & hois penitus nesciẽtes logicam nec phiam nedum theologiam, Nõ solũ aũt non intẽdo in cõclusione mea istã ꝓpositionem eẽ uerã. Xp̃us non ueraciter descendit ad inferos, sed neq̃ istã. Xp̃us uel aĩa xp̃i non fuit p̃ntialiter in iferno, & p realẽ ac uerã p̃ntiam suæ substãtiæ, sed solum intendo q̃ non fuit ibi p realem præsentiã eo mõ quo ponit Thomas & cõis uia. Ideo dixi q̃ ly ut tenet̃ specificatiue & determinatiue de ly realis præsentia. iõ nõ ualet non fuit ibi realiter præsens eo modo quo talis doctor dicit, ergo non fuit ibi realiter præsens. Tenet autem cõmunis uia. i. uia Scoti Bonauẽturæ & omniũ Scotistaꝝ & quasi oĩum nominalium, q̃ ita fuerit ibi p̃ns q̃ sua substantia fuerit ei ratio p̃ntialitatis & locabilitatis, quã opinionẽ quia etiam Thomas mihi uidet̃ seq in ista materia. Ideo dixi ut ponit Thomas & cõis uia. Cõmunem uiam theologoꝝ appellans quæ cõmuniter nũc tenet̃ Parisius, ubi præcipue uiget studiũ theologiæ ibi autem fere oẽs incedunt in ista materia de præsentialitate animæ ad locum cũ Scotistis & nominalibus, & ego pp hoc solum. i. ꝑpter reuerentiã uniuersitatis Parisien. nolui ponere hãc meã conclusionem nisi tanq̃ ꝓbabilẽ, ẽt q̃ uiderẽ ipsam secundum uiam multoꝝ ꝓbatissimorum doctoꝝ posse ẽt assertiue poni q̃ aũt ly ut possit teneri in cõi modo loquẽdi determinatiue patet. Nam si quis dicat attributa nõ distingunt̃, ut dicit Scotus apud oẽs ꝓpositio haberet duplicem sensum ꝓpriũ Vnus esset capiendo ly ut relatiue & æquipolleret huic dictiõi q̃ ac si diceret attributa nõ distinguunt̃, qd. s attributa non distingui dicit Scot⁹, & ꝓpositio eẽt falsa etiam scdm Thõistas quia ẽt ipi concedũt attributa aliquo modo distingui. Ali⁹ sensus esset capiendo ly ut determinatiue & specificatiue & æquipolleret huic dictioni eo modo quo ac si diceretur attributa non distinguuntur eo modo distinctionis quo dicit ea distingui Scotus. & tunc apud Thomistas ꝓpositio eẽt uera & ita est in q̃libet ꝓpõne ubi post recitatam opinionẽ ponit̃ auctoritas alicuius cõiũcta per hãc dictionem ut. Si ergo iste modus loquendi & ꝓprius & usitatissimus apud

Declaratio uerborũ cõclusionis de uirtute sermonis

Scotus S. Bonauentura Noiales. S. Tho. cõis uia Vniuersitas parisiensis

Scotus Thomistæ,

fuisset disputatio nostra accipiës scripta ab his q descripserät codicë quæ uoluit ad didit.& quæ uoluit abstulit & quæ ei uisum ë pmutauit.& circüfert tanq̃ ex noie nostro insultäs & ondens ea quæ ipse conscripsit p qbus indignätes fratres q i palestina sunt miserüt ad me Athenas hoiem,qui accipet a me ipsa auctëtia exëplaria quod ne relectü quidë uel recensitü a me antea fuerat. Sed ita neglectü iacebat ut uix inueniri potuerit.misi tñ & sub deo teste loquor,qm cü couenissem illü ipsum qui adulterauerat librü,quare hoc fecisset uelut satisfaciës mihi respödit qm magis ornare uolui disputationë atq; purgare ipsam. Videte quali purgatione disputationë nosträ purgauit tali nëpe quali purgatione Marcion purgauit euangelia uel apostolü uel qualis successor eius post eü Apelles. Nä sicut illi subuerterüt scripturarü ueritatë,sic iste sublatis quæ uere dicta sunt ob nostri criminationë inseruit quæ falsa sunt. Hæc ad uerbü in Origenis epistola legunt.quod si uiuëte ipso nö dubitabät hæretici eius libros corrumpe. Quäto magis credendü ë hoc ipsos ausos fuisse post eius mortë. Conqueritʳ aüt & de alio quodä hæretico in epheso q cöferebat multa falsa tanq̃ sua.& extat etiä in alia eius epistola de suorü librorum falsitate quærimonia. Quartü quod eiusdë rei maxime fidë facit q.s.hæretica illa Origenis nö sint sed ab hæreticis inserta est,q de illis eisdë iuenitʳ alibi Origenes pie & catholice determinare. Ex quo si illa hæretica Origenis sunt sibi ipi cötradicet. Locos ät ubi catholice agit de illis plurimos est uidere in apologia Päphili. & hoc est quod dicit Ruffin⁹ q nö est curandü de noie auctoris illi⁹ libri/qm illa difensio cuiuscüq; sit p se ualida ë cü ex uerbis & dictis ppriis ipsi⁹ Origenis de ei⁹ catholico & orthodoxo dogmate fidë faciat. Et p hoc ët uidetʳ satisfieri cuidä dicto Hieronymi cötra Ruffinü. Nä cü Ruffin⁹ hoc idë diceret pie.s.& catholice de illis alibi ab Origene determinatü sic inqt cötra eü. Vbi est illa fiducia q̃ iflatis buccis creberrime psonabas te quæ in aliis libris Origenis legeras emëdasse in libris Periarchon. Et nö aliena,sed sua reddidisse suis. De täta librorum silua fruticë ac surculü pferre nö potes. Rñderet eni forte Ruffin⁹ nö oportere se de ea silua surculos pferre,de qua iä Päphil⁹ multas ptulerat integras arbores. Locos eni illos copiosissime recitat Päphilus & illo iä præsupposito hoc agit Ruffin⁹ in libello suo quë Päphili libro supaddit ut ondat unde hoc puenerit q in libris Origenis contradictoria iueniantʳ,assignatq; illä cäm de falsatiöe p hæreticos. Quintü quod & multü facit ad asserendü hoc q hæreses illæ nö sunt de mëte Origenis ë q ex testimonio multorum quib⁹ merito tenemur fidë adhibere habem⁹ Origenë in pricipalib⁹ opinionib⁹ in qbus errasse dicitʳ catholice sensisse. Duo eni sunt pricipales hæreses q̃ Origeni obiiciuntʳ. Pria ë de trinitate q male.s.de filio & pei⁹ de spüsancto senserit. Sc̃da ë de salute diaboli qd'.s.poena ei⁹ & infernale suppliciü nö sit æternum futurum sed ab eo sit aliqñ liberädus. Ex qua uidentʳ multæ alie depëdere eidë ascriptæ. Illa.s.q p salute istorum saluädorum dæmonü iterü in sublimiori elemëto sit crucifigëdus xpus.& illa q oia restituëda sunt i unü,& illa q diabol⁹ poenitere pos sit,& illa q poena dänatorum nö sit æterna. De istis ät duab⁹ hæresib⁹ q nö fuerunt ei de mëte Origenis uidentʳ esse euidëtia argumëta. Nä de trinitate nö solü Didim⁹ defensio, quo præceptore tm̃ gloriatʳ Hierony.dicit catholice sensisse Origenë.idq; ppriis in periarchon editis cömentarii s cöprobauit. Sed & Athanasius defensor niceni cöcilii libris ppriis cötra Arianos uoce clara testem fidei suæ hunc uirum uocauit,

Marcion

Apelles

Apologia Pamphi.

Duæ pricipales hæreses quæ Origeni attribuuntur.

Pro pria obicië

Didimus

Athana.

Metho. & Methodiũ legimus pœnituisse q Origenẽ damnasset.diciteq eũ tandẽ iuentum
Nota. nihil male credẽtẽ de sancta trinitate. Q uinimo ipsiusmet Origenis hẽmus dicta
de trinitate a catholica fide nihil de discrepantia.nam sup illud Pauli ad Romanos
& spũs adiuuat ifirmitatẽ nostrã expresse tenet spm̃ sanctu3 nõ esse craturã & sup
illud quí etiã ꝓprio filio nõ pepcit sed ꝓ nobis oĩbus tradidit illũ quo mõ non etiã
cum illo omnia donauit hæc Origenes exponens dicit.Nihil enim est neq uisibi-
lis neq inuisibilis creaturæ qđ filio possit adequari,nullo enim pacto creatori suo
potest creatura conferri.& si creator ipse donatus est nobis qũo non cũ ipso nobis
oĩs creatura donabitur,& infra sup illud Pauli q est super oĩa deus benedictus sic i
Origenis quit Origenes. Xp̃m aliud secundum carnem eẽ,aliud secũdũ spm̃-iam & in prio
uerba ribus huius ipius epistolæ partibus designauit ubi dicit qui factus est ex semine
Dauid secundum carnem q destinatus est filius dei in uirtute secũdum spm̃ sancti
ficationis,& qũo secũdum spm̃ filius dei sit & secũdũ carnem filius Dauid ibi ple-
nius exposuimus pro uiribus.quem ergo ibi secũdum spm̃ filiũ dei dixit hic ꝓcedẽ
te doctrina ordine ꝓficientibus utpote auditoribus deum q est super oĩa ipm eẽ ꝓ
nũciat,& miror qũo qdam legẽtes q idẽ apostolus in aliis dixit. Vnus de9 pater ex
quo oĩa & unus dñs Iesus xp̃s p quẽ omnia negẽt filium dei deum debere ꝓfiteri
ne duos deos ꝓfiteri & dicere uideantur,& quid de hoc loco apostoli faciẽt in quo
aperte xp̃us per quem omnia super omnia deus esse describitur. Sed nõ aduertunt
qui hoc ita sentiunt quia sicut dñm Iesum xp̃m non ita unum esse dñm dixit ut ex
hoc deus pater dñs non dicatur,ita & deum patrem nõ ita dixit eẽ unũ deũ ut de9
filius non credatur. Vera est enim scriptura quæ dicit. Scitote q dñs ipse est deus.
Vnus aũt uterq est deus quia non est aliud finio diuinitatis initiũ q̃ pater sed ipi9
unius paterni fontis sicut sapientia dicit purissima est manatio filius ergo est xp̃us
deus super omnia quæ omnia illla sine dubio,quæ & paulo ante diximus super pri
cipatus & potestates & uirtutes & omne nomen qđ nominatur non solum in hoc
sæculo sed ẽt in futuro. Q ui aũt super omnia est super se neminem habet. nõ enim
post patrẽ est ipse sed de patre,hoc idẽ aũt sapiẽtia dei etiam de spiritu sancto intel
ligi debet,ubi dr. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarum & hoc qđ cõtinet omnia sciẽ
tiam hẽt uocis,si ergo filius dei super omnia dicit & spiritus sanctus continere oĩa
Nota. memoratur. Deus aũt pater est ex quo omnia.& sic euidenter ostenditur natura tri
nitatis & substantia una quæ est super omnia.hæc Origenes ad uerbũ,& alibi sup
illud Pauli quomodo autem prædicabũt nisi mittantur sic inquit. Sunt enim non
nulli q annũciant quidem & prædicãt de patre & filio & spiritu sancto sed non sin
cere non integre ut sunt omnes hæretici qui patrẽ quidẽ & filium & spm̃ sanctum
annunciant sed nõ bene neq fideliter annunciant. Aut enim male separãt filiũ a pa
tre ut alterius naturæ patrẽ alterius filium dicãt,aut male cõfũdũt, ut ex tribus cõ
positũ deũ uel trinæ tm̃mõ appellatiõis faciãt,q aũt bene bona annunciãt ꝓprie-
tates qdẽ pr̃i & filio & spiritui sancto suas cuiq dabunt. nihil aũt diuersitatis esse
cõfitebunt i sbã uel natura,hæc Origenes. Q uibus uerbis qd magis catholicũ qd
Pro scđa magis expressum necesse est igit sicubi aliter scriptum iueniat in libris Origenis
hæresi q non Origenis esse illud sed hæreticoꝝ q per libroꝝ corruptionem patronũ hr̃e uo
eidẽ obi- luerunt Origenem erroris sui. De scđa aũt hæresi tam euidens extat testimonium
cit dfẽsio ut meo iudicio male negare possit. Nã in epistola ꝓpria ipse Origenes ẽt secundũ

Hieronymi traductionẽ qui illi9 epistolæ mẽtionẽ facit expresse negat diabolum posse aliqñ saluari.dicitq; q nec mẽte qs captus hoc pōt dicere.Præterea q ēt extat dialog9 iter originẽ & candidũ ualẽtiani dogmatis sectatorẽ,q cãdidus obiicie bat eundẽ errorẽ Origeni,& Origenes refutat,negatq; hoc se sentire. & supra illd' Pauli nunquid sic offenderũt ut caderẽt sic dicit Origenes hũc casu3 respiciẽs Paulus de quo dixit xp̃us quia uidebã Sathanã sicut fulgur cecidisse de cælo negat cecidisse israel Illorũ eni uel in fine sæculi cõuersio erit tũc cũ plenitudo subintrauerit oĩs israel saluus fiet.Ist9 ãt qui de cælo cecidisse dicit' nec in fine sæculi erit ulla cõuersio.hæc Origenes.Quod ẽt illa quæ ei iponit' hæresis q spũs nõ intelligit filiũ & fili9 nõ itelligit patrẽ falso ei iponat'.patet ex his quæ ipse dicit super illud Pauli.O altitudo diuitiaꝝ sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei. Sic eni inquit hãc altitudinẽ dei inscrutabilẽ dicit oĩni creaturæ de filio uero & spũsancto dicere ista nõ poterat,qa fili9 in euãgelio dicit ad patrẽ.Pater oĩa mea tua sunt & tua mea. & spũsancto ipse Paul9 ꝓnunciat dicẽs.Nemo scit hoĩm quæ sunt hoĩs nisi spũs hoĩs qui in ipso ẽ, ita & quæ in deo sunt nemo cognouit nisi spũs dei.Quin ergo dicit Paul9.quis nouit sensum dñi de creaturis dicit naturã uero trinitatis excepit.hæc Origenes.Restare uidet' una hæresis Origeni attributa.s.in opinionib9 de aĩa q fuerint ab æterno creatæ & de cælo delabant' in corpa & de aĩa,scribit quidẽ ipse Origenes in cõmentariis sup epistolã Pauli ad Titũ se nihil posse determinati ex ecclesiastico dogmate accipe nisi q oẽs aĩe sunt eiusdẽ speciei q sunt liberæ uolũtatis q sunt rationabiles q sunt imortales q a deo creatæ & q pœnas habituræ ꝓ malis & premia ꝓ bonis.hæc tñ dicit se affirmare de aĩa. Quia de his in scripturis euidẽtia habeãtur testimonia.In cæteris ãt de aĩa quæstionib9 dicere se q magis sibi ꝓbabile uidetur.& inquisitiue nõ determinatiue ꝓcedere,quia determinatũ nihil de illis i ecclesiastico habeat' dogmate.Id ãt quod magis uisum est Origeni fuisse q essent ante corpa creatæ in cælis uiuentes cõsentiunt cõcorditer oẽs.& Ruffinus in Apologia ad Anastasiũ Romanæ urbis episcopũ postq̃ tres retulit opiniones de anima i fine sic inqt.Ego uero cũ hæc singula legerim deo teste dico q usq; ad præsens certi uel definiti aliquid de hac quæstione nõ teneo,sed deo relinquo scire quid sit i uero.& si cui ipse reuelare dignabit'.ego tamẽ hæc singula legisse me nõ nego.& adhuc ignorate cõfiteor.præter hoc qd' manifeste tradit ecclesia deũ esse & aĩaꝝ & corpoꝝ cõditorẽ.In libro ẽt Pãphili nõ negat' Originẽ illi adhæsisse opinioni s3 sic in ei9 scribit' defensionẽ.Nũc uero cũ diuersitas sit apd' ecclesiasticos & alii alia de aĩa sentiãt,& oẽs diuersa qũo hic magis q̃ cæteri incusand9 ẽ. Tũ post hæc uerba recitant' opiniones de aĩa quæ tũc erãt inter quas & illa quæ nũc tenet' a catholicis,& cũ ostẽsum ẽ manifestas ꝓ illis ꝓbatiões ex scripturis sacris adhiberi nõ posse,accidereq; & illaꝝ auctorib9 magnas difficultates in fine sic cõcludit'.Quod ãt ex his oĩbus ostẽdi uolum9 illud ẽ q sicut eos qui unã quãlibet de his quas supra exposuim9 opinionẽ uerã putãt,nõ recta rõne hæreticos qs uocat pro eo q neq; ex diuinis scripturis certi aliquid de his uel manifesti dictũ esse uideat',neq; in prædicatione ecclesiastica putat' cõtineri.Ita neq; hũc uiꝝ culpari iustũ est differẽtẽ qd' sibi magis ẽ uisum.hæc ibi.Ego ãt ex oĩbus supradictis duas infero ꝓpõnes. Pria ẽ q si Origeñ.& de Trinitate & de demonũ salute catholice sensit ut magis uidet' cõprobatũ testimoniis ob erroneã de aĩa opinionem ei9 cõuincere non possumus

Ipsemet Origeñ. negat & cõtrariũ asserit.

Dialog9 Origenis

Pro here si de aĩa rũ creati one obiecta. Defensio

Ruffin9

Pamphili liber.

Prima ꝓ positio.

dānationem. Quia Orige, nō oīa tenebat̄ suo tpe explicite de aīa credet̄ q̄ nos nūc tenemur, qa nec in scriptura hēbantur manifesta. nec p ecclesiā ut postea fuit tūc
Augusti fuerat determinatū. Immo non solum tpe Origenis sed ēt tpe Augustini, q per .cc.
nus post annos post Origenē adhuc fuerat per catholicos .i. p uniuersale; ecclesiam de anīa
Origenē aliqd determinatū. Nā ipe Augu. dubius erat i opinione de aīa ut patet ex eius epi
per .cc. an stola ad Hieronymū an. s. singulæ singulis creent̄, ut nunc tenet orthodoxa tradi-
nos fuit tio. Ex qua opinione uidebat̄ Aug. sequi q̄ deꝰ cēt iniustꝰ, an ex illa una quæ facta
& etiā du est in Adā a deo. Aliæ deinde sicut corpus ex corpore ita aiæ ex aīa fuerint ꝓpaga-
bius i opi tæ. nec credas solum in iuuentute de hac re dubitasse Augu. Quia & i primo libro
nione de retractationum qui fuit de ultimis de hac quæstione dubitat. Sic. n. scribit in prio
aiæ crea- sine controuersia ergo quædam originalis regia beatitudinis animi deus ē, qui eum
tione. quidem non de se ipo genuit. sed de nulla re alie condidit sicut condidit corpus de terra, Nam qd' attinet ad eius originē qua sit in corpore utrū de illo uno sit qui primum creatꝰ quando factus ē homo in aīam uiuētē an similiter fiāt singulis singulæ, nec tūc sciebam uec adhuc scio. hæc Augu. ad uerbum. Ex quo patet euidenter pp erroneam opionē de aīa prædictā hæreticū nullo mō posse dici origenē. Secūda
Secunda ꝓpositio quā dico ē hæc, qd' si uerꝝ ē qdē Thomas in quolibetis dicit ut in .vii. arti.
ꝓpositio defensionis Origenis patebit latius, & bona dicit theologia non obligari nos de ne
.S. Tho. cessitate salutis credere non solum ecclesiæ doctoribus sicut Hiero. sicut Augu. & similes, sed neq; ipi ecclesiæ nisi in his quæ ad substantiam fidei pertinent adiunxerimusq; ista ad substantiā fidei nihil pertinere utrū illaꝝ hæresum auctor fuerit Orige. aut aliqs alius modo hæreses illas hæreses esse. i. impia fateamur dogmata. Videt̄ seq q̄ non teneat̄ homo fidelis & uere christianꝰ de necessitate salutis i hac qōne potius Hieronymo ēt qd' ad ipm magis declinet ecclesia q̄ athanasio dydimo Methodio Ruffino, Cuius & fides ēt psecutiōis hæreticoꝝ tpe in sancta Alexandrina ecclesia carceribus & exiliis dr̄ ꝓbata immo ipiusmet Origenis dictis credere eo maxime q̄ & in multis aliis quæ ēt ad fidei substātiam magis pertinēt Hierony.
Hierony non approbamus. Sicut in materia de cerimonialibus & sicut ēt Hiero. piū est non
mus con credere ubi Ambrosii cōmentaria in lucā nugas uocat. & ipm Ambrosiū nunc con
tra Am- uū nunc corniculā appellat. Et ubi eiusdē de spiritu sancto librum damnās dicit se
brosium. de græcis bonis uidisse latina non bona. & ubi Basiliū magnum de superbia taxat,
Magnus & ubi in epistolis Augu. dicit se quædam hæretica legisse, ita forte, & in hoc q̄ po-
Basilius. tius uelit illa quæ Origenem demonstrat catholicū esse ficta & adulterata q̄ illa q̄ eū cōprobant hæreticū ei penitus non adherere. nec impiū est nec fidei apparet pernitiosum ad quā ur̄ potius confirmandā facere Origenis patrocinium, & testimonium adimere hæreticis q̄ ad infirmādā iuxta illud qd' i Pamphili libro his uerbis scribit̄. illud cōtēplari debuerāt q̄tam ridendi materiā q̄tāq; hæreticis præbeant cū eos quos assertores xpiani dogmatis & defensores putant, confutari nunc uideant & refelli a ꝓpriis & uelut ciuili bello gaudeant impugnatā quē ipi hostiliter impugnare non poterant, Fuerunt aūt & ex ꝓbatis doctoribus ecclesiæ ēt Hiero. poste-
Aymōis rioribus q in hac fuerunt snīa q̄ hæreses illæ non fuerint de mente Origenis. sed ei
uerba i te falso ascriptæ ab hæreticis. Vnde Aymo unus ex nobilibus & antiquis doctoribus
stimoniū ecclesiæ in libro de christianarum rerum memoria sic dicit, Ego sane de Origene
Origenis uiro tam illustri abstinentissimæ uitæ & castissimæ praeclaræ doctrinæ puri-

& lucidi sermonis salua fide patrũ dixerim ꝙ hæc oĩno nõ scripserit sed ab hæreticis ob præclarũ nomẽ eius obfuscandũ maligne conficta sunt & cõscripta & nomini suo prætitulata. hæc ille ad uerbũ. hæc dicta sunt de primo articulo examinãdo & inquirẽdo utrũ fuerint hæreticæ illæ duæ opiniones Origenis nec ne qua in rẽ sicut in aliis omnibꝰ ecclesiæ iudiciũ alioꝝ oĩm iudicio & rationibꝰ semp antepono. Pro secũdo articulo uidet̃ rationabiliꝰ ideo excusandꝰ Origenes ꝙ si quid scripsit quod a catholicis non accepteẽ in illis scribẽdis, neq; dogmatice neq; assertiue, sed dubitatiue semp & inquisitiue procedit. quare sicut licet in Augustini libris sup genesim multa sint quæ nõ acceptant̃, tñ ꝓpterea excusant̃ a nobis ꝙ ut ipsemet dicit in libro retractationũ plura in eo libro sunt quæsita q̃ inuẽta, ita & multa esse possunt in libris Origenis reprobãda & dãnanda quæ quia ipse non determinãdo sed inquirẽdo dixit nõ ꝓpterea hæreticꝰ est dicẽdus qñ hæresis assertũ ꝓprie dicit dogma cõtra expressam uel scripturæ ueritatẽ uel ecclesiæ determinationẽ. ꝙ autẽ sic semper locutus sit Origenes ex multis patet locis. Nã & post disputationẽ de anima inqt, hæc iuxta nostrã sniam nõ sint dogmata sed quæsita tantũ atq; piecta ne penitus intractata uiderent̃. & alibi loquẽs de resurrectione inquit. Si hæc non sunt cõtraria fidei & cætera, & infra triplex ergo suspicio nobis de fine suggeritur e quibus quæ uera & melior sit lector inquirat. tũ tres subiũgit opiniones de resurrectione, & in præfatione libroꝝ in Genesim inquit. Si profundũ aliquid occurrerit de hoc dicendũ quidẽ est sed nõ tamẽ affirmatiue, & ĩfra. nos de rebꝰ magnis quæ supra nos sunt ignorantiã nostri nõ ignoramꝰ: & sup epistola ad Romanos lib. ii. hæc ea lege dicta sint a nobis ut si qui melius & rõnabiliꝰ dixerint illa magis quã hæc nostra teneant̃. Et lib. iiii. hæc ꝑut potuimꝰ in locis tã arduis & tã difficilibꝰ plata, si qs forte animi nostri studiũ cõsideret amplecti poterit. si uero infirmitatẽ sensus nostri notare uelit ueniã petimꝰ, & ei q melius de his differere uel explanare potuerit libẽter cedimꝰ, & alibi. Probet ãt qui legit qd hoꝝ magis sensui cõueniat apostolico & illud teneãt, & libro. v. hæc interim nobis in pñti loco occurrere potuerũt, Si qs autẽ melius aliquid senserit nõ pigeat his obmissis illa respicere. & quid plura legat̃ liber periarchon. uidebimꝰ illũ hoc ordine ꝓcedere ꝙ primo posuit illa quæ sibi expresse uidebant̃ in scripturis esse determinata, & in illis nihil ab errat ab ecclesia. Alia dicit sibi esse dubia & de illis uelle inqrere de oĩbus afferens illã solũ recipiendã esse ueritatẽ quæ in nullo apostolicis & ecclesiasticis dogmatis aduerset̃. Pro tertio articulo q ẽ quasi cõfirmatio secũdi dico istã ꝓpositionem ꝙ si sit aliqs habẽs erroneã opinionẽ de rebꝰ fidei adhuc ꝑ ecclesiã nõ determinatis mõ in uolũtate eiꝰ nulla sit macula sed firmũ ꝓpositũ de illis credere semp cõsonæ scripturæ & ecclesiæ. ille nec peccat mortaliter nec hæreticꝰ ꝓprie ẽ dicẽdus. Ex qua ꝓpositione sequit̃ Correlarie possibile esse ꝙ opinari aliquã opinionẽ aliquo tpe sit peccatũ mortale quod nõ erit alio tpe. & hoc est quia põt quis sine pertinacia credere aliquid uno tẽpore quod alio tpe nõ crederet sine ꝑtinatiã utputa post determinationẽ ecclesiæ, aut sacræ scripturæ dilucidationẽ. de opposito crediti attestat̃ snia oĩm doctoꝝ dicentiũ ꝙ nõ præcise error itellectus facit hominẽ hæreticũ, sed oportet ꝙ sit malitia & peruersitas in uolũtate. Ideo dicebat Augu. errare possum hæreticus esse nõ possum. Confirmat̃ hoc ex determinatiõe uniuersalis ecclesiæ, quæ multos canonizauit qui tñ usq; ad mortem perseuerauerunt in erroneis opi-

Pro sec'o articulo August.

Hæresis proprie

Nota Verba Origenũ

Liber periarchon pro tertio articulo.

Nota hãc propositionẽ

Correlarium.

August.

Confirmatio.

nionibus de fide, & deinde p ecclesiã ꝑ hæreticis reprobatis quas opiniones nuꝗ̃ legitur ab illis fuisse retractatas. Tales fuerunt Papias episcopus hieropolitanus. Victorinus pictauẽsis. Hireneus lugdunensis, Beatus Cyprian9 & multi alii quos scimus errasse in fide & coꝝ opiniones pro hæreticis cõdẽnatas, & tamen ipsi habẽtur in canone sanctorum, ex quo sequitur ut necessario dicendũ sit ꝙ uel illi etiam ꝙ decesserint in illis opinionibus erroneis in fide nõ tñ decesserint in peccato mortali. uel ꝙ ecclesia errauerit in coꝝ canonizatiõe quod si dixerint ut etiã dixit qdaꝫ ex his qui me impugnabant, rñdẽs ꝙ illi forte non erant bene canonizati iam non ego sed ipsi sentiunt cõtra determinationẽ uniuersalis ecclesiæ. Ex hac aũt propositione infero ad propositũ Origenis sic. ꝙ dato etiam ꝙ Orige. multas & plurimas habuerit opiniones erroneas in fide hoc præcise si in uoluntate ei9 nulla fuit macula aliquo mõ non põt eẽ argumentum ꝙ aĩa ei9 sit damnata. Vt sic arguatur aut ꝗ̃tuncunqꝫ magnus error de qbuscunqꝫ rebus fidei sit in intellectu alicuius modo i uoluntate nulla sit macula non impedit salutẽ eius aut ꝗ̃tuncũqꝫ paruus & de qua cunqꝫ re sit ĩpedit aut aliqs ĩpedit & aliqs non ĩpedit. si quãtuncũqꝫ magnus sit nõ ĩpedit, ergo ẽt ꝙ Origenes & in multis errauerit & in principalioribus illa tñ si fuit uoluntas eius bene disposita & nullo modo maculata nihil impediuit eius salutem & ita q uolũt conuicere dãnationem ei9 nõ sufficit ꝙ ostendant errores eius & pseuerãtiam in eis. Sed oportet ꝙ ostendãt pseuerantiã, cum ptinacia aut negligentia uel alia malitia uoluntatis. si ꝗ̃tuncũqꝫ paruus sufficit, ergo error de rebaptizandis hæreticis debuit impedire salutẽ Cypriani & hæresis illoꝝ q dicuntur chiliastæ debuit impedire salutẽ Papiæ qui fuit auctor illius hæresis & cũ illa decessit. & si sic ergo male ab ecclesia fuerunt canonizati. si aliqs ĩpedit & aliquis non, dicãt oportet qui sunt illi errores qui ĩpediũt & qui non, & ubi unꝗ̃ iuenit̃ facta ista distinctio ab ecclesia ut uerbi gratia dicat̃ hr̃e errorem in his quæ pertinent ad talem uel talem articulum ẽt si sit præcise debilitas & defectus intellectus & non sit a liqua per uersitas nec negligentia, nec pertinacia nec quæcũqꝫ alia malicia ĩ uolũtate est peccatum mortale habere aũt errorem in his quæ ad talem uel talẽ materiã pertinent non ẽ peccatũ mortale nisi sit in uoluntate defectus, & si non iueniatur facta talis distinctio aut ab ecclesia aut a doctoribus nec uideat̃ fieri posse rõabiliter apparet nõ ualere dctm̃ quorũdã dicentiũ aliã eẽ rõem de Cypriano & Papia & similibus & alia de Origene qa Origenes errauit in principalibus nã quãtũcũqꝫ magnus sit error mõ sit solũ error ĩ intellectu & ĩ uoluntate nulla sit malicia nõ uidet̃ ꝙ taliter errat peccet mortaliter, quapp cũ talem maliciã in uoluntate Orige. non legamus fuisse. dato ꝙ ẽt in principalibus fidei mysteriis errauerit grauissimo errore & merito per ecclesiam dãnato nõ põt cõuinci ipm̃ esse dãnatũ ĩ se & ĩ aĩa sua. qđ si qs dicat multos eẽ gradus propositionũ credẽdaꝝ præter istũ gradũ ꝓpositionũ. s. determinataꝝ p ecclesiã & ꝙ ẽt si nõ sit ptinacie, signũ tñ est ptinacie asserere aliqua quoꝝ opposita tenet̃ asserens explicita fide tenere, & credere & ꝙ nõ solũ culpabilis est mortaliter error pp ptinaciam sed ẽt qñqꝫ culpatur pp negligẽtiã ingrẽdi ueritatem quæ negligẽtia nõ est ptinacia saltẽ ꝓprie dicta. uidet̃ ad hoc rõnabiliter posse rñderi. Primo ꝙ Origenes de negligentia iqrẽdi in hoc ueritatẽ culpari non põt qa ut bene dicit Hiero. ĩ pscrutatõe scripturaꝝ diebus sudauit & noctibus. Secundo ꝙ in nullo errauit Origenes quod ipse tũc sic teneret̃ explicita fide credere

Papias hieropolita nus

Victori. pictauiẽsis.

Hirene9. lugdunẽsis.

Beat9 Cyprianus.

Nota.

Chiliastę hæretici.

Obiectio

Prima rñsio obiectionis.

Secunda

ꝙ oppositū asserēs nō dogmatice sed ut sibi ꝓbabilius uisum est hæretic9 dici pos sit & hoc euidentꝰ probo ex dicto quodā ipsius Hieronymi supra allegato. Vbi.n. Hiero.dicit ꝙ etiā si in Clemētis apostoloꝝ discipuli & alioꝝ taliū inueniantꝰ ali qua uitiosa.non tñ ppea istos statim hæreticos iudicaret.Subiūgit quadruplicem cām.Primo ꝙ poterūt libri esse corrupti.Secundo ꝙ alio sensu scripserint. Tertio ꝙ simpliciter errauerint.Quarto ꝙ minus caute locuti sint.i quib9uerbis debem9 aduertere ꝙ dato ꝙ liber Clemētis in quo dicit filium dei eē creaturā non sit depra uatus,& dato ꝙauctor aliū sensum non intēderit adhuc statim Clemēs non ē iudi cādus hæreticus.quia potuit simpliciter errasse.Quid ē ergo simpliciter errasse ni si errasse ex intellectus defectu & erroneo rationis iudicio & non ex malicia uel ꝑ uersitate uolūtatis ꝙ si i illa hęresi ꝙ filius sit creatura quæ ē maxia ēt quæ obiicia tur Origeni potest quis simplꝛ errare quia non stet de ipsa adhuc alia ecclīæ deter minatio uel p maiorē scripturaꝝ dilucidationē certior uerificatio in qua hoc demū fieri non poterit & si tūc illud Clemēs non tenebatꝰ sub pena peccati mortalis ex plicita fide credere qd possum9 dicere obligatū fuisse Origenē credere explicite de his in quib9 dicitꝰ errasse.Notaudū est aūt ꝙ quia hęresis esse potest & i uerbis ma le & inordinate prolatis ut dicit Aug.& in sensu.Ideo dās Hieronymus modū ex cusandi qui in utroq; errauerit coniūctim uel diuisim ex solo itellectus & non uolū tatis defectu dicit uel minus caute locutū fuisse & hoc si in uerbis appareat hære sis uel simpliciter errasse & hoc si sensus hæreticus sit a simplici & recta uoluntate sed a debili & errāte itellectu ꝓlat9 & bene notāda & pēsitāda sunt illa uerba Hie ronymi,quia i eis utile & sanū de hæretica pertinacia dogma recte fundatꝰ. Pro q̄r to articulo quidā dicētes Origenem penituisse allegāt planctū Origenis.sed iste liber apocriphus reputatꝰ ut hꝛ de creticis.xv.di.Ego aūt testimoniū allego ipsius Hieronymi ꝙ ꝓ apocripho haberi non potest q expresse Origenē de erroribus suis penituisse testatꝰ,quod non ideo affero,quia hoc sit necessariū rōnabiliter ad creden dam Origenis salutē:ut patebit in sequēti articulo.sed qa isti magr̄i nunq̄ clamare destiterūt ostendo tibi Origenē errasse.oñdas tu mihi eū penituisse nunq̄ hoc ostē des nunq̄ inuenies scriptum Origenem penituisse de his quæ scripsit.Audiāt ergo reuerēdi pr̄es Hieronymum ipsum cuius auctoritate Origenē fulminant in apolo gia sua ad Pamachium & Oceanū in qua se oñdit doctrinam Origenis nō dogma sectatū.Postq̄ Origenis recitauit errores hæc uerba subiūgentē ipse Origenes i epi stola quā scribit ad Fabianū Romanæ urbis episcopū pniam agit cur talia scripsit & causas temeritatis in Ambro.refert ꝙ secreto edita in publicum protulerit,Hæc Hieronymus ad uerbu;,Quid clarius quid expressius.qūo iam aut qua fronte di cere possunt,nusquā inueniri ꝙ Origenes penituerit.Dicam autem & quia incur rit quid mihi his diebus cum duobus ex his qui hāc conclusionē damnabant in si mili proposito contigerit.Cum enim ego ut Origenem de pertinacia defenderem cuidam multum insistenti determinatum ab ecclesia origenem pro ptinacia in ani ma dānatum.dicerem ex græcis habere historiis origenis dogmata post mortē ei9 post multos annos fuisse damnata remisissemq; illum si libros domi non habebat ad episcopum traguriensem uirum non minus doctrina & moribus q̄ sua dignita te præstantem apud quem ego græcum librum uideram in quo de concilijs multa erant aggregata dixit ille bonus pater quid me ad græcos remittis quem scis græ

Marginal notes: Nota / Augusti. / Hiero. / Pro q̄rto articulo. / liber apo criphus / Hiero. / Fabianus papa. / Ambro. / Nota fa cetiam. / Epūs tra guriensis

eas litteras penitus ignorare. petamus inquit latinas. nõne habemus fasciculũ tem porum qui de his rebus elegantissime tractat. afferatur dixi ego iste fasciculus q̃q̃ subiunxi. Si mihi quasi hoc fasciculo supposito ignem ut hæretico pares abigam ego protinus & tuũ fasciculum in malã crucem, neq; enim illi ulla fides. excanduit ille ac si trinitatẽ blasphemassem ne excandescas inq̃. afferatur fasciculus. nec me quasi solutis fascibus iam uelis cedere. allatus est & in de eo origene hæc legimus Origenes doctor egregius ac sanctitate uitæ incõparabilis clarissimus in ecclesia dei & post pauca in fine dicit Grandis labyrinthus a diuersis texitur de Sansone. Salamone traiano & isto Origene an uidelicet saluati sint an nõ quæ quia sine pe riculo nesciuntur nec etiã ecclesia certificata est de his dño totaliter cõmittẽda sũt hæc bonus fasciculus. Quib9 lectis cũ audisset ille de dãnatione Origenis nõ esse certificatã ecclesiã mirũ ut expalluit & apud quẽ probatissimo℞ fasces nihil pote- rant potuit tantũ iste fasciculus ut sententiã illico cõmutarit. Sequẽti die cõpellãs me acrius quidã alius manu satis grandẽ gestans librũ. Quo inqnit aut qua oĩno uia audes tu ab æterno ignis supplicio Origenẽ defendere ecce ego tibi ostẽdã cui nõ poteris testimonio contradicere qui dicit Origenẽ nõ posse defendi. Producas dixi ego uenerabilis homo: si habes tuos testes. tum inquit ille. hic est testis quidã magnus & nomẽ subiunxit. ego uero nomẽ uolo subticere. Cuius hi sunt sermones & prædicationes. tũc ego quos mihi affers sermones quas nugas, nugas ille respon dit iam excandescens totus. nugas inquã in quibus etiã in ista materia si de ea ha- bet sermonẽ (absit enim ut ego similia unq̃ legerim) nisi expressissimus aliquis inue niat error, Iam uolo tecũ Origenis caput Ixionis rota pfringere. Impatiẽs & iam il le & bili exæstuãs aperit librũ & legere incipit furens uoce altissima. Feria quarta sermo. xi. de origenistis. tum in psequutiõe eo℞ qua scripta erant ad singula uerba exclamabat. Hic ne error. & ecce dum sic ad Stentoris inuidiã uociferatur hæc le- git in libro scripta deniq; Hieroymus sex milia libro℞ Origenis legisse se fatetur. & dum statim plecto hoc ite℞ clamat hic ne error, hic inq̃ error & quidẽ magnus. hic apertũ mendaciũ hic falsitas expressa: & ut cõpescerẽ illico hoĩem iubeo affer- ri epistolas Hieronymi. & statim accurrẽs ad secundũ librũ inuectiuũ cõtra Ruf- finũ. ostẽdo ei Hieronymũ Ruffino dicẽti Epiphaniũ papã iactare se legisse sex mi lia libro℞ Origenis his uerbis respondentẽ. De sex milibus aũt libris quos ab eo lectos esse cõfingis: qs credet aut te ue℞ dicere aut illũ potuisse mentiri. Si. n. Ori- genes sex milia scripsisset libros poterat fieri ut uir eruditus & ab ĩfantia sacris lĩis institutus pro curiositate & scĩa legisset aliena. Quod uero ille nõ scripsit ĩ quo le- gere potuit. numera indicẽ libro℞ eius, qui in tertio uolumine Eusebii in quo scri- psit uitã Pamphili cõtinent & nõ dico sex milia sed terciã partẽ nõ repies, hæc ad uerbũ Hiero. Erubuit ille & salua fuit res mea. Sed redeamus iam ad ꝓpositũ cõ- cludendo uel cũ Ruffino & aliis quos supra in primo articulo recitauimus debe- mus cõcedere Origenẽ nunq̃ peccasse. uel si cũ Hieronymo ipsũ peccasse oĩno cõ tendimus sciamus & cũ ipso nobis cõcedendũ Origenẽ peccati sui ꝓprio ad Ro manũ episcopũ libello dato penituisse. Ego aũt postq̃ mecũ diligenter perpẽdi & examinaui ea præcipue quæ ab Eusebio & Ruffino & Hieronymo de Origene di cuntur, cõiecto Origenẽ diu ĩ prærscrutatiõe scriptura℞ elaborantem, de multis ar duis & principalibus theologiæ q̃onibus ambiguũ fuisse cũ nõ certe & indubitate

Epiphanii9 papa.

Epilogus

ſibi ipſe uidereť de illis ex ſcripturaꝝ teſtimonio poſſe aliquid aſſerere. & propter
hoc de multis fidei myſteriis forte multa dixiſſe inqrendo & diſputādo in priorib9
ſuæ ætatis annis quæ catholica fides non recipet.propterea Origenē qui ut ipſe di
cit ſuā ignorātiam nō ignorabat & ueritatem illaꝝ qōnum ſe nondum cōſequutū
plane cognoſcebat ante ſuæ ætatis.lx annū nunꝗ a notariis excipi publice uoluiſſe
quæ in ecclesiis prædicabat ut refert Euſebius. Aduertamus ergo ꝙ Euſeb. xxvi. Euſebius
capite.vi.libri eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcribit Orige.tertio anno Imperii Pphilippi i-
peratoris,& ſub Fabiano pontifice,cū iam ipſe.lx.ānum ageret cepiſſe dicta ſua ēt
lr̄is publice cōmittere.Et aduertamus ꝙ ſupra.xvii.capite dicit ꝙ ſub Vrbano pon
tifice cui ſucceſſit,Pontianus,iam ante tempora Fabiani Orige.cōſcribēdi cōmenta
rios in ſcripturas ſanctas initiū ſumit cōpellēte ſe Ambroſio & multa ui præcū ob
ſecrationūq; cogente.Qui inqt Euſebius maxīe dignus uidebať,cui iſtud ipēdere
tur officii.& cui qcqd archanū & abſconditū in ſacris lr̄is tectū ē pāderet. Ex qui
bus duobus locis Euſebii in qbus apparet qſi cōtradictio colligiť euidēter,qđ ur
gente Ambroſio dictauerit quædam i prioribus ānis anteꝗ ueri adhuc aliqa cōpe
riſſet ipi tm̄ Ambroſio priuatim cōicanda,& non i publicum edēda.ut quæ bn̄ tu
ta & ueritati apoſtolicæ conſona nō cognoſcebat,Ambro.aūt illa ſecreto edita i pu
blicū ꝓtulit.Cōpta deinde p Originē iā ſexagenariū catholica ueritate cepit iā au
dacter,qa & catholice publice ſcribere,& ea quæ ad priuatū Ambro.uſum ſcripſe-
rat iam p illū edita fuiſſe uehemēter indoluit, ad quæ ſui purgationē ut ex uerbis
Hiero.& Euſebii cōiecto rei totius ſeriē Fabiano Ro.epō ſcribes de ſua catholica fi
de teſtimoniū phibuit narrās.ſ.quæ antea ab eo ieniūť ſcripta ſe non ſcripſiſſe ut
ederenť.de qbus & ipē dubius erat catholica ne eſſent an nō catholica.Sed Ambro
ſiū illa edidiſſe.hoc ē.n.qđ dicit Hiero.ipſe Origenes in epiſtola quā ſcribit ad Fa Hiero.
bianū Ro.urbis epm̄ pniam agit cur talia ſcripſerit & cās temeritatis in Ambro-
ſiū refert ꝙ ſecreto edita i publicū ꝓtulerit Euſe. aūt narrās quæ ſcripſerit poſt.lx.
anuū poſtꝗ libꝝ cōtra celſum,& libros.xxv.cōmentarioꝝ in Mattheū &.xx.in ꝓ-
phās cōnumeraauit,ſubiungit.ſcripſit & ad Fabianū Ro.ur.epm̄,& ad alios ꝗpluri
mos eccleſiarum principes de catholica fide ſua.hæc ille.Sit ergo ueꝝ ꝙ ante ſexa-
geſimum annū fuerit de multis fidei myſteriis dubi9 Origenes.Et ſit ueꝝ ꝙ ſecre
to in ſcriptis multa cōicauerit Ambroſio,quæ tunc non firmiter adhærendo ſed du
bitatiue iqrēdo opinabať nūc a catholicis nō recipienda.& ita ueꝝ dicat Hiero. ꝙ
quæ in multis Origenis libris inueniunť ēt nō catholica Origenis ſint,qa uere ab
ipō fuerūt dictata.licet nō ut credita,& ut quæſita potius ꝗ inuēta, & cōſequenter
Origeni cui catholica fuit poſtea ueritas cōperta culpabiliter non ad ſcribēda in q
bus & multa ab hæreticis fuiſſe ad inuēta iuxta Ruffinū.Pro uero ēt accipere poſ
ſumus maxime de hoc ipō cōquerēte Origene dū uiuebat. Sit ergo ueꝝ iuxta Eu
ſebiū in eccleſiaſtica hiſtoria a Hieronymo tanꝗ uera approbata Origenē non hīc
pro ſuis opibus.i.in qbus diffinitiue aliqd & adhæſiue dicat niſi quæ poſt ſexage-
ſimū annū ſcripſit.Sitq; uerū etiā ſcđm Hiero.de prius ſcriptis temere ab Ambro
ſio editis ipſum penituiſſe & cōſequēter catholicū mortuum eē,ut non ſolu ſecūdū
Ruffinū Pamphilū & Euſebiū,ſed ētſſcđm Hiero.rationabilius ſit credere ipſum Pro qnto
eſſe ſaluum ꝗ credere ipm̄ eē dānatum.Pro quinto articulo dico hāc propoſitionē articulo.
quantūcunq; aliqs grauiter i uita mortaliter peccet & cōſtet ipſum mortaliter pec Pria ꝓpō

casse, nisi constet de eius finali ipœnitentia temerariū ē uere asserere ipm eē dānatum. patet ueritas huius ppōnis ex cōi snia oium doctoꝝ in dicta ppōne cōsentiētiū. Ex qua propositione infero duas ppōnes correlarias. Prima est hæc. Non ppea quia aliquis in uita mortaliter peccauerit, & nobis non cōstet q non penituerit iudicandū est firmiter a nobis eē illū in inferno. patet quia posito peccato mortali tantum non ponit totū illud ad qd seqt damnatio æterna. Sed oportet ultra peccatū ponere & certificari de finali ipœnitentia. Nec ego q nego firmiter eē credēdū illū eē i iferno. habeo ondere tibi pniam illius. Sed tu q asseris illum eē dānatū habes certificare de ipnia & pro hoc multū facit dictū Henrici de assia q in expositiōe. iii. c. libri genesis dicit hæc uerba formalia. Si ergo argumētum quorūdā esset efficax quo aliquē dānatū eē sicut de Salamone psuadent p hoc q scriptura eius pctīn cōmemorat & nullā de iusticia aut pnia eius mētionem facit. tūc ita primū hoiem ex peccato suo dānatum cōiiceret sicut primū angelū hæc Hēricus. Nusq. n. habet mencio de pnia Adam, sed solū de peccato. Similiter iudicium. viii. legit de peccato Gedeon & nō de pnia, & tñ a doctoribus bene credit de eius salute dicere & tu potes q per hoc etiam argumentum quidā decepti erroneæ dicebant q Moyses erat damnatus quia legebat peccatum eius in aquis contradictionis & de eius pœnitētia nihil habebatur expressum, & tamen dixit deus Iosue. Moyses seruus meus mortuus ē. Sc̄da ppositio correlaria ē hæc, nemo pōt eē certus q aliquis sit dānatus ad infernū nisi hoc habeat ex speciali reuelatione dei uel ab his qbus credit deus reuelasse. patet ueritas huius ex premissis ppositionibus qa nemo pōt eē certus de finali pœnitentia uel de ipœnitentia, nisi ille qui nouit secreta cordis & cui ille uoluit reuelare cum. n. nullus de statu alicuius ita sit certus sicut ipsemet de se qa quæ sūt hominis nemo nouit nisi spiritus hois qui i ipso est. ut dicit a Cor. ii. & de se ipso homo non potest esse certus utrum sit dignus odio uel amore, ut dr ecclesiastes. ix. quanto magis non poterit esse certus de alio nisi de hoc habeat speciale reuelationē Ex hac aūt ppōne principali cum suis correlariis infero ad propositū meæ cōclusionis q dato etiā q Origenes in illis erroribus errādo peccauerit mortaliter tñ cū incerti sumus de eius finali impnia uel pœnitentia asserere ipsū eē dānatum temerariū est oio iudiciū & reiiciendū. Cum ergo nec de salute possumus esse certi. nec de dānatione. pium est tamen & ualde rōnabile credere ut dixi ego q deus eum saluauerit hominem talis ac tantæ scientiæ. de quo Hiero. in præfatione cantici canticoꝝ. cū in cæteris omnes alios supauerit in hoc seipsum superauit & de ipso illud uerificat. Introduxit me rex in cubiculum suū & alibi imitari uolens ex parte Origenem. quem post apostolos ecclesiaꝝ magistrum nemo nisi iperitus negat. & alibi Origenes tanto scripturarum labore sudauit ut iuste adamātii nomen acceperit, & post quædam hæc subiūgit. Quis unq tanta legere pōt quāta ipse cōscripsit & p hoc sudore quid accepit premii, dānat a Demetrio episcopo, exceptis Palestine & Arabiæ & phenicis atq Achaiæ sacerdotibus in dānationem eius. Cōsētit urbs Roma ipsa contra hunc senatū cogit nō pp dogmatum nouitatē, non propter hæresis, ut nunc aduersus eum rabidi canes falso simulant. Sed quia gloriam eloquētie eius & sciētiæ ferre nō poterant, hoc quare scripserim & ad pauperis lucernæ igniculum cito sed non cauto sermone dictauerim potestis itelligere si Epicuros & Aristippos cogitetis. hæc Hieronymus ad uerbum. Quæ uerba singula quæso o ingeniose le-

Pria ppō correlaria.

Hēricus de assia.

Secunda ppō correlaria.

Hieronymi uerba

Origenis Adamantius

ctor diligēter attende.& ex eis ea per te intelligas quæ ego nō exprimo. In præfatione aūt hebraica℞ quæstionū de eodē loquēs Origene sic inquit hoc unū dico ꝙ uellē cū inuidia nois eius hēre et sciam scriptura℞, floccipēdēs imagines umbrasq; laruas quas naturæ esse dicitur terrere paruulos & in angulis garrire tenebrosis. Præterea quæ de eodē Hiero. prædicat ꝙ auariciā calcauit, ꝙ castrauit se zelo dei licet non scdm sciam ꝙ in explanatione scripturæ dieb9 sudauit & noctibus quā q dilucidāt uitā æternā habebūt, ut inqt sapiēs. & ut scribit ad Vigilantiū ꝑpheta℞ obscura disseruit. & tā noui q̄ ueteris testamēti reuelauit maxia sacra. Præterea ꝙ non solū martyris fuit filius, sed & ipse parū a martyris merito abfuit. Nā dicit Eusebius ꝙ & adhuc puerulus in tantū ardorē capessendi martyrii exarserat, ut sponte se piculis ingereret, & tpe deinde Decianæ ꝑsequutionis nouas cruces, noua pœna℞ genera ac sæculis oībus inaudita tormēta ꝑtulit ita ut mille mortib9 inqt Eusebius uexatus sit: ne tñ una ei quā exoptabat accideret ꝑsecurore summo studio hoc agēte, ut nec interitus præstaretur nec pœna cessaret. Videte q̄ parum absit a laude martyrii quā plurimi eius discipuli ipso duce & cohortatore sūt consequuti, parū dico imo ꝑfecto abfuit a laude martyrii, imo meritū quasi æquale meritus ē. Nam dicit & Aug. in libro de bono cōiugali nō est impar meritū martyrii in Ioanne qui passus nō est, & in Petro qui passus est. Nota bene hæc uerba Augusti, unde sicut Ioānes licet nō trāsiret per gladiū tñ paratus fuit substinere martyriū. quādo fuit missus in feruentis olei doliū. Ita & Origenes licet mortē martyrio non subierit paratus tñ fuit, imo auidissimus illam subire. & tot passus est tormēta ut dicit Eusebius ut mille mortes pro una subierit. & hoc est qd' dicit Bernardus in sermone sancto℞ martyrū ꝙ est triplex martyriū, martyriū uolūtatis tantum martyrium opis tñ: martyriū opis & uoluntatis. Martyriū uolūtatis tñ passus est Ioānes euāgelista, cui dictū est & germano eius. M. xx. calicē meū bibetis uñ Cyprianus in seruis dei apud quos cogitat martyriū & mente cōcipit aius ad bonū deditus iudice deo coronat. Aliud est enim martyriū deesse aīo aliud aium deesse martyrio. Si ergo martyrio Origenis aīus nunq̄ defuit & mille mortes pro una subiit, quo a iudice deo coronatū credamus si nō mētit martyr Cyprian9. & si damnatus est quis quæso ad gehēnæ mortē eū dānauit. An christus Iesus pro quo totiēs ipse mori uoluit. Quin potius sicut dicit de ipso Cypriano Aug. ꝙ sanguis martyrii in eo oēm hæreseos maculā abluit. Ita & de Origene effusū ab eo nō tā supra terrā extrisec9 q̄ sup zelo dei & caritate ardētē cælestē aīam suā itrisec9 martyrii sāguinē oēm hæreseos maculā abluisse pie credam9 dicētes cū Dauid. Btūs Origenes q & si aliqñ in cōsilio errātiū abiit in uia tñ peccato℞ p impœnitētiā nō stetit & in cathedra pestilētiæ p ptinaciā nūq̄ sedit, sed in lege dñi fuit uolūtas eius, & in lege eius meditatus est die ac nocte. Beatus Origenes cui remissæ sunt iniquitates p baptismū & eius tecta sunt peccata p pœnitētiā, & cui nō imputauit dñs peccatū pp martyriū. deniq; talem ac tm uirū etiā si aliqñ ex ingenii defectu & nō ex aliqua uoluntatis malicia in fidei mysteriis errauerit, credamus a domino in suis nouissimis non fuisse derelictū. sed potius uisitatiōe suæ clemētissime misericordiæ & de secretis fidei si in aliquibus errabat illuminatū ab erronea ad salutarē uiā reuocatū fuisse. & hoc ego intellexi in breui rñsione mea eū alias dixi. ex quo non inuenit fuisse pertinax uerisimile est credere ꝙ deus eū saluauerit. i. uisitando eum uisitatione quam dixi

Nota.

Deciana ꝑsequutō

Aug.

Bernar. Triplex martyriū

Cypria.

Augusti.

statu salutis digno clemētissime collocarit,& de secretis fidei in qb9 errabat ipsum illuminās ad salutarē de illis pœnitētiā aduocauerit.qđ utrū fuerit an nō fuerit scire certitudinaliter nemo pōt nisi fuerit ei desup reuelatū.Sed ita fuisse potius q̄ nō fuisse credere cōsiderāti acta & uitā Origenis magis cōsoniū uidet̃ & sic rōnabili9 Nā & rōnabiliter in dubiis fauorabiliori parti semp est adhærēdū.& hæc sint dicta ut quæ ualere possint qñ de ipsa Origenis pœnitētia nō cōstaret de qua tñ cōstare ex beatissimi Hieronymi testimonio supra i præcedētibus aptissime oñdim9.

Pro sexto articulo. Pro sexto articulo dico q̄ nō uidet̃ credendū q̄ ecclesia unq̄ determinauerit aīam Origenis ad inferos eē dānatā.Veritatē huius ꝑpōnis ꝓbo duab9 rōnibus.Prima

Pria ratio rō est hæc de illo cuius altera uel altera pars determinari certitudinaliter nisi temerarie nō pōt.Nō debet credi factā eē determinationē ab ecclesia.Sed de hoc quæsito utrū Origenes saluus sit an dānatus determinari altera pars nisi temere nō pōt saltē absq̄ reuelatione spāli dei.ergo cū de tali reuelatiōe nō cōstet nō debet credi de hoc factā esse ab ecclesia determinationē.maior est nota,& oppositū eius esset iniuriosum ecclesiæ credere.s.q̄ aliquid ab ea possit incōsulte & temere iudicari.

Cōfirmatio. Minor patet ex supradictis articulis.Cōfirmatur qa certificari nō poterat ecclesia de dānatiōe Origenis nisi p spālē reuelationē de eo factā.sed de tali reuelatione q̄ fuerit facta nusq̄ habet̃ mētio ergo &c.

Sc̄da rō, Secūda rō est hæc qa si qd est qđ psuadeat ecclesiā determinasse de dānatōe Origenis sunt qdā textus decretoꝝq̄ hoc uident̃ sonare grosso eos mō interpretantibus.q tñ cū recte examinant̃ cōtra eos potius q̄ pro ipsis faciunt.Sunt aūt textus quos afferūt ferme isti.Primo q̄ di.xv.c. sancta Ro.ecclesia.sicut scribit̃ p Gelasiū papā.Itē Origenis non nulla opuscula quæ uir beatus Hiero.non repudiat legēda suscipimus.reliqua aūt oīa cū auctore suo dicimus esse renuēda.&.xxiiii.q.iii.c.sanc.Itē si ad tēpora Theophili sanctæ memoriæ uel supius aliquis recurrerit & Origenē inueniet post mortē anathematizatū, qđ etiā in eo facit & uestra sanctitas.& Iulius religiosissimus antiqoris Romæ & glo. ibi.Cū iste dānatus fuerit nonne & eius scripta utiq̄ extra.de hæreticis.c.fraternitatis.ibi aūt sic scribit̃.Cū Celestinus atq̄ pelagius i ephesina synodo sint damnati,qūo poterūt illoꝝ capitula recipi quoꝝ dānant̃ auctores.

Ephesina synodus. Ex istis auctoritatib9 credūt aliq conuinci dānationē animæ Origenis ad inferos.Ego autem dico nihil plus haberi p præmissa nisi q̄ ecclesia & opiniones & dogmata Origeni attributa ut hæretica dānat q̄ ipsum sic ut dogmatizantē dānat & detestat̃ de damnatione animæ eius aut salute nihil penitus intendens.& q̄ hoc sit uerū patet multis rationibus.

Primo Primo qa ad ecclesiā non ptinet damnare animas hominū aut saluare.qa ad illū attinet solūmodo qui iudex est uiuoꝝ & mortuoꝝ quare ridiculū est si in decretis legit̃.Dānamus Origenē,exponere.i.animā eius dānamus dānatione infernali.

Gelasius Et patet etiā euidēter ex modo loquendi ipsius Gelasii qui dicit reliqua opuscula eius cū auctore suo dicimus renuēda.hoc enim uerbū renuere nullo modo importare potest id qđ ipsi intendūt.sed nihil aliud intendit Papa nisi hoc qđ.s.non acceptant̃ opuscula eius ut autētica in ecclesia.nec ipse similiter ut ꝓbatus doctor & cuius dictis sit credendū in ecclesia recipit̃.Q đ si ēt Papa non solū dixisset renuimus sed ēt dānam9 nihil esset pro eis qa sic ēt solemus dicere in hoc Scotus dānat Thomā.Herueus Scotū.& sic de reliqs in qbus semp loquutionibus de damnatione doctrinæ & non animæ ex ipso usitato & ꝓprio loquēdi mō debem9 itelligere,

Secũdo arguo cõtra eos ex glosa q̃ ipsi allegant quæ dici si ipse damnatus nõne & eius scripta. Quæro ergo ab istis si fiet hæc cõsequẽtia. Ipse Orige. est damnatus ergo & eius scripta dãnata. qũo in antecedẽte capit' si dãnatus si sic capit' .i. i sua doctrina non approbatus. & ut dogmatistes non acceptatus. habeo ꝓpositum. Si aũt intelligat' dãnatus ĩ aĩa sua infernali dãnatione tũc nihil ualet consequẽtia. possibile. n. est multos doctores quoꝝ scripta catholica sunt & pro catholicis quotidie leguntur esse in inferno quia stat aliquem in fide nihil errare sed recte sentire de oĩbus articulis & tñ esse in alio peccato mortali & in illo decedere. & oĩno impertinens est dãnatio aĩæ ad damnationem doctrinæ. qa illa attendit' penes maliciam uoluntatis. Ista autem penes defectum intellectus. Quare nec ualet iste est ĩ paradiso ergo dicta eius sunt catholica. Nam & Papias est in paradiso & Hireneus & Victorinus & Cyprianus & multi alii quorum tñ dicta ĩ multis quæ nũq̃ reuocasse legũtur ut hæretica reꝓbãt'. Cõfirmo hoc ex dicto illo ad quẽ se refert glosa de hæreticis extra. c. fraternitatis. ubi dr̃ si Celestinus atq; pelagius in ephesina synodo sunt dãnati qũo poterũt illa capitula recipi quoꝝ dãnant' auctores. Certũ est aũt q͂ in illa synodo Celestinus & Pelagius non fuerũt dãnati ĩ se. i. ĩ aĩa sua sed ĩ sua doctrina. tum qa aliter ut dictũ est supra dãnare hoĩes ecclesia nec cõsueuit nec põt. tum qa de eo debemus intelligere sententiatũ de quo prius est quæsitum & disputatũ. Sed in illa synodo ut ex actis concilii patet nõ fuit quæstio utrũ animæ Celestini & pelagii essent in paradiso uel in inferno. Sed an dicta eoꝝ & dogmata essent catholica an non catholica. Quare & de hoc. i. de eoꝝ dogmatum ueritate & de auctoruꝫ ipsoꝝ ut sic dogmatizantiũ approbatione uel reprobatione debemus intelligere sẽtentiatum. Tertio stultũ ẽ dicere q͂ ecclesia determinauerit Origenis animam esse dãnatã qa nõ sicut cõsueuit ecclesia canonizare aliquos ita etiã consueuit dãnar'. i. sententialiter decernere q͂ sint in inferno. & ratio q̃ hoc cõsueuerit & nõ illud est. qa ad decernendum q͂ aliq̃s sit saluus oportet nos certificari q͂ ille decesserit ĩ gr̃a cuius rei indicia licet tñ non certa hr̃e possumꝰ nõ ex his quæ egit in uita, quia illa nõ sufficiũt, ex quo dum est in uia semꝑ merendi & demerẽdi est locus, & mutandi se de uno proposito ad aliud. Sed habemus signa post mortem ut sũt miracula uel aliq̃d simile. Tale aũt aliq̃d signum ex quo dãnationem alicuius cõuincamus post mortẽ alicũs hr̃e q͂ possumus nõ est facile inuenire, immo sine dubio haberi aliud signũ nõ põt nisi specialis de hoc reuelatio, quæ si contingeret uel cõtigisset ꝑfecto sicut ecclesia cũ aliquẽ canonizat de miraculis suis testatur & de aliis propter quæ mota est ad canonizationem. Ita ẽt cũ aliquem damnaret specialis reuelationis de hoc factæ mentionẽ faceret, ne temere aut inconsulte sic uideret' decreuisse. Quod tñ de Origene nusq̃ narrat ecclesia. Debemus ergo ĩtelliger' dãnatũ Orige. ab ecclesia eo mõ quo ex his quæ de eo narrat & testat' uĩ uenisse damnandus. Sed de eo nihil aliud narrat' nisi q͂ errauerit in mysteriis fidei, & ad hũc errorẽ nõ seq̃t' absoluta dãnatio Origenis in se sed solum ĩ scriptis & ĩ doctrĩa sua ut patet ex ꝑcedẽtibus, & sic debemus ipm̃ iudicare dãnatũ ab ecclesia & nõ aliter. Postq̃ & ꝑtinacẽ non fuisse eum cõtra ecclesiæ determinationẽ in illis opinionibus scimus, quia cõcilia ĩ q̃bus dãnatæ fuerũt illæ opiones fuerũt multo post mortẽ Origenis, ut patet ex historiis græcis & latinis. Et an ꝑcenitens ẽt illaꝝ fuerit scire nullo modo possumus. Imo uel ñ scripsisse illa uel si scripsit pœnituisse ex Hyero. supra probauimus

Secundo arguit cõtra eos.


Papias.
Hireneꝰ
Victori.
Cypria.

Cõfirmatio

Tertio.

Pro septi Pro septimo articulo dico istā propositionē ꝙ non tenet̃ secundū doctrinā Sancti
mo arti. Thomæ qlibet fidelis de necessitate fidei credere illum esse in inferno,quē ecclesia
.S. Tho. iudicauit & sententiauit esse in inferno. Veritas ꝓpositionis sic deducit̃ qa tanta est
fides adhibenda ecclesiæ in damnatione alicuius,quāta est adhibēda in canoniza-
tione sanctoꝝ. Sed dicit Thomas ultimo articulo quolibeti noni ꝙ sanctos canoni
zatos ab ecclesia nō tenemur de necessitate fidei credere esse in gloria,sed solū de
pietate fidei:ergo & damnatos ab ecclesia nō tenemur necessario credere esse in in-
ferno.sed solū pie sic est credēdū. Fūdamētū aūt Thomæ est qa in his tm̄ tenemur
de necessitate salutis ecclesiæ credere quæ ad substantiā fidei ptinent. Quia in illis
spiritus aduenīēs docet eā oēm ueritatē. Vtrū aūt aīa huius uel illius sit in inferno
uel in paradiso nihil attinet ad substātiā fidei.sed tm̄ quia honor quē sanctis exhi-
bemus quædā ꝓfessio fidei est qua sanctoꝝ gloriā credimus. Ideo licet de necessi-
tate salutis ad hoc non teneamur. Pie tm̄ sic est credendū. Ex hac ꝓpositione infero
ad ꝓpositū meæ cōclusionis ꝙ etiā si ecclesia determinasset origenē esse damnatū
adhuc de necessitate fidei catholicæ nō tenemur assentire ꝙ ita sit. Ex quo patet ꝙ
etiā si ueꝝ esset quod ipsi cōtra me adducunt:ꝙ.s.ecclesia oppositum conclusionis
meæ determinasset adhuc male ab eis iudicatū fuisset ꝙ cōclusio mea hæresim sa-
tur formalis ueri diffinitio est esse id quod ipsum est. Sicut nec formalis esset hominis diffinitio si dixerim. Si deus non esset & homo esset animal rationale iam non propterea homo esset. Nihil enim potest propria diffinitionem destitui, nec cuipiam potest diffinitio conuenire. Cui nomen diffinitum aptari non possit. Praeterea negare non potes aurum prius natura aurum esse q̃ dei quadret ideae, absolutum enim prius relatione est, Aurum igitur & si aurum sit, ueruntamen esse non potest nisi praeter auri naturam similitudo quaedam adueniat, qua exemplari suo respondeat, siue aliquid sit similitudo aliud aurum siue non quod propriam seorsum habet quaestionem, Praeterea diffinitionem entis pone re uideris hoc modo ens est quod est alioquin non diceres diffinitionem Augustini hoc modo oportet explere. Verum est id quod ipsum est ne si quod est solummodo diximus eadem uideatur ueri & entis diffinitio. Si igitur entis diffinitio est quod est ea uero ratione, qua ens est quod est, est ipsummet & ens, eadem igitur ratione qua aliquid est ens, eadem uerum sit necesse est, quod penitus falsum est. Preterea si uerum est id quod ipsum est. Caecitas uera erit, & mors & falsitas & omnino non ens. caecitas enim est caecitas & mors est mors & falsitas est falsitas, Non ens quoq; est nõ ens, horum quodlibet uerum erit nullo intellectu penitus cogitante. Quod si quodlibet horum uerum est, necesse est unum sit. At scio mox dices. Non ne. concessi quodlibet horum esse ac propterea uerum his uerbis, quae ad te scripsi, sicut falsum est falsum, ita falsum esse falsum non falsum, sed uerum, proptereaq; non diuisum, sed unum. Sed contra est q̧ omne unum bonum est eodemq; modo uerum, Caecitas autem non solum mala est, sed iuxta ea quae scribis omnino mala est, & nihil boni sapit. Similiter & mors, Caecitatis enim & mortis naturam appellare uideris naturam mali absolutam bonoque impermixtam, nihil igitur horum uerum est, nec unum maxime quando anima non cogitat. Praeterea uerum est quod quadrat ideae, caecitas uero & mors nullam habent ideam. Praeterea si deus non esset, nec aliud quippiam, quod intelligentiae est capax, nihilominus non ens esset non ens & nihil esset nihil aut enim aliquid aut nihil, non quidem aliquid ut constat, igitur nihil & non ens. esset igitur id quod ipsum nunc est & tunc foret. Si igitur uerum est quod est id quod ipsum est non ens & nihil uerum foret, quod fieri non potest, nulli enim quadret ideae, non igitur formalis ueri diffinitio est esse id quod ipsum est. Conaris praeterea defendere quod a te prius dictum est falsum quodlibet contradictionem claudere, aisq; falsum omne contradictionem claudere quãdiu falsum est. Adiicit & haec uerba. At me sedere neq; uerum est neq; falsum. Si uero adiicias me sedere dũ sto illico ut falsitatẽ ita etiam inuehis contradictionem, nam me sedere dum sto contradictionem claudit, & q̃primum definit esse falsum, ut cum sedere incipio tam primum a diuisione redit & ad unitatem. Sed uideas rogo an tecum conuenias. Verũq; enim

Absolutũ n. Nõ ẽ haec relatio accñtalis ab auro distĩcta: sed substantialis de qua uide apud Henrichũ gandauẽsem nisi dedignaris.

Dixius eadem. Omne quod ẽ hoc ẽ: ipsum qd ẽ. quare & omne ens uerum: & omne uerũ ens. Sed alia & alia ratio.

Caecitas autẽ: Aliud est caecitatẽ esse ueram aliud caecitatem esse caecitatem uerum esse: quare frustra multis uerbis labotas ostendere caecitatem non esse ueram.

& falſum opponi putas non quidem uelut contraria, ſed tanquam affirmationē negationēq;. Q uo igitur medium reperiri poteſt: niſi inter affimationem negationemq; ſit medium. Præterea omnis enunciatio aut eſt uera aut falſa niſi primum principium neges, quod eſt in quolibet cōtradictionis alteram partem ueram, alteram uero falſam. Quomodo igitur te ſedere neq; uerum eſt neq; falſum. Equidem non uideo qua ratione id tueri poſſis niſi omnem philoſophiam & contrariorum omnem conceptuum tollas. Præterea ſi falſum omne cōtradictionem claudit quādiu falſum eſt deum non eſſe, quod falſum eſt contradictionem claudet quādiu in rerum natura deus exiſtit. Si igitur deus non eſſet, neq; falſum eſſet deum non eſſe neq; contradictio, Si igitur falſum eſt ueri negatio quemadmodum ponis erit uerum deum non eē ſi deus non ſit, Sed uerum omne bonum eſt ut das, igitur ſi deus non eſſet bonum forte deum non eſſe, quod uidetur abſurdum, neq; enim ſimpliciter bonum foret neq; alicui bonum, ſed omnino non ens. Præterea ſuperiore epiſtola dixiſti omne falſum ideo diuiſum a ſe ipſo eſſe quod contradictionem claudit, Si igitur non omne falſum ſimpliciter & abſolute contradictionem claudit ſed ſolum quādiu eſt falſum diuiſum eſt. Cui enim ratio eſſendi & cauſa non conuenit, nec id utique conuenit cuius ratio eſt, & ſi ſimpliciter non conuenit unum nec alterum, non igitur falſum omne ſimpliciter diuiſum eſt quod dari non poteſt, omne enim falſum ſimpliciter & abſolute eſt non ens, Ambo enim ut potius conuertuntur eadem igitur ratione ſimpliciter diuiſum eſt, Si diuiſum & non ens commeant. Præterea omne uerum ſimpliciter unum eſt, igitur omne falſum ſimpliciter diuiſum eſt, Alterum enim eſt alterius negatio, præterea ſi monſtrauero omne falſum abſoluto diuiſum eſſe, quid cauſæ fuit cur non auderes enunciare ſimpliciter quidem & abſolute omne falſum diuiſum eſſe, ſed tunc ſolum quando oppoſitio eſt, diuiſionem uero falſi demonſtramus hoc modo. Socratem ſedere eſt falſum, ſocratem autem ſedere non eſt ſocratem ſedere. igitur a ſe ipſo diuiſum eſt. Si enim ſocratem ſedere eſt ſocratem ſedere. & ſocrates ſedens eſt ſocrates ſedens ambo enim coniugata ſunt, ſi uero ſocrates ſedens eſt ſocrates. igitur facta ſimplici conuerſione ſocrates eſt ſocrates, ſedens igitur eſt ſedens. igitur ſedet, quod falſum eſt, eadem ratione probabo chymeram non eſſe chymeram nec chymeram eſſe, eſſe chymeram chymeram eſſe. Si enim chymera eſt chymera eſt animal. Chymeram enim intelligimus animal ex hyrco conſtans & ſeruo. aut aliquod huiuſmodi. Si uero ē animal uiuere poteſt & mori, quod inter nos non conuenit, qui chymeram ponimus nequaquam a natura poſſe produci, ſicut nec mōs aureus generari poteſt. præterea ſi chymera eſt animal, aliquod animal eſt chymera, ſed nullū animal ē chymera, omne. n. aial eſt, & uiuit, & eſt ſimpliciter ens & aliquid, quod. n. nō eſt, non ē animal niſi æquiuoce, chymera igitur nō ē chymera eadem ratione, nec chymeram eſſe ē chymeram eē. Si enim generari eſt moueri, generatio. eſt motus, Igitur ſi gene-

Veꝝ enim: me ſedere aut uerū aut falſum ſemper ē: q̃a ſemper ego aut ſedeo aut nō ſedeo: & ꝙ dicitur me ſedere nec uerum nec falſū: hoc eſt ꝓpoſitionē hanc ex ſe ſibi nec ueritatē determinare nec falſitatem: quod faciunt ꝓpoſitiones neceſſariæ Sed cum fieri poſſit: ut & ſit uera. cū. ſ. ſedeo & ſit falſa: cum nō ſedeo ex ſeipſa ad utrumq; indeterminata eſt. ſed procul dubio mi cōpater & charta abūdas & ocio: qui ad hæc deſcendas etiā pueris nota.

Sed uerum: Bonū & malum ſunt in rebus falſum & uerum in animae ideo propoſitio uera ſignificate poteſt rē malā q̃uis propoſitio ipſa quatenus uera eatenus bona & res ipſa quaten' mala eatenus falſa ſit. Aliud autē dicere ē. Peccare iudam ē uerum: aliud ē dicere peccatū iudæ ē ueꝝ

Præterea oē: Oē falſū diuiſū qd i prioī dixius libello: ſed nō eē falſum ex æquo falſū: quare nō eſſe falſū: ex æquo diuiſū: quod in epiſtolis ad te diximus. non enim ex equo falſa que inceceſſario falſa ſūt: & ſēp falſa ſunt: & quæ nō ſunt neceſſario falſa: nec ſemper ſūt falſa. Quapp nec ex equo hæc & illa diuiſi rationem habent: uide an ex his aliqd ſit: quod uel ego diceī uereri debueri uel tu coarguere poſſis.

ratio non est motus,nec generari est moueri, pari rōne si chymerā eē
est chymerā eē,chymera ē chymera,Ambo.n.cōiugata sunt,sed chy
mera non ē chymera,ut iā probatū ē, igitur nec chymerā eē est chy-
merā eē.pterea nulla chymera ē chymera. igitur nullā chymeram eē
chymerā ueꝝ est,igitur falsum ē aliquā chymerā esse chymerā,eadē
rōne mōstrabitur uacuū non eē uacuū ex quo non est,nec cæcitatem
esse cæcitatem si nihil cæcū sit semp tamē non ens est nō ens, non eē
.n.non ens est & ueꝝ,sicut & chymerā nō esse ē & ueꝝ pariter & ne-
cessariū.Cur igiř ueteri oportuit neqd coargui posses si simpliciter &
absolute,enūciasses omne falsum in seipso diuisum esse? Q uare non
fuit opus ad cōtradictionē refugere.Deinde solutā nō eē argumenta-
tionē meam,qua probaui bonum malūq; eē inuicem contraria inge-
nue confiteris,sed iccirco solutā non eē dicis,q; nodus non inerat.Ar-
guta hercle excusatio , Sed miꝝ ē si nodus non inerat qūo nodū sol-
uere potuisti,uerba argumētationis meæ quæ ī primis lřis ad te scri-
pta sunt,hoc modo se hñt.bonū ea rōne qua bonū ē expetēdum est.
malū uero fugiendum,expetere uero & fugere sunt inuicē contraria ,
quēadmodū congregare segregareq; bonū igitur & malū erunt inui-
cem contraria,quod Boetius quoq; in prædicamētis asseuerat.Tu ue
ro ita rñdes,esse ē appetēdum,non eē est fugiēdum, non tñ sequitur
esse contraria, Sed rogo uidetur ne tibi argumētatio tua meæ similis
esse?dicas hoc modo eē ea rōne qua est eē est appetēdum,hoc est pro
pria eēndi ratio est aliquid appetēdum non eē ex propria ratione est
aliquid fugiēdum,sunt igitur contraria.pulchre argumētationē colli-
ges. Hac.n.forma calidum & frigidū , album & nigrum contraria eē
demonstrauimus.rō.n.calidi est teherologenea segregare,frigidi uero
congregare,albi quoq; ratio est oculos disgregare,nigri uero congre-
gare . Argumento meo cum tu coram rñderes,dixisti propriam boni
rationē non eē quod si aliquid expetēdum , quod tamē a philosophis
omnibus conceditur,maxime latinis,& Aristoteles primo ethicoꝝ li-
bro dicit recte diffinierunt bonū dicētes id eē,quod omnia appetunt
id quoq; audiētibus mirabile uisum ē.Cunq; ratio boni abs te posce-
retur dixisti eo aliquid bonū eē,quod ordinatur in deū, Sed mox sub-
ieci,igitur deus non ē bonus,dictū ē deum non eē bonū,sed bonitatē
adieci,igitur inter bonum malūq; aliquid est mediū, Deus.n.non est
bonus,non etiā est malus.Q uomodo igitur defendi potest malum eē
boni negationē.Si media aliqua conceditur.Præterea si malū est ne-
gatio boni,Malum & non bonum ide sunt.Vnus enim unica est ne-
gatio , Sequitur ergo est non bonum , igitur est malum, ex negatio-
ne igitur colligi potest affirmatio.Præterea nec sequitur,Si enim ma
lum est uel priuatio , uel aliquid priuatum . Si priuatum est subie-
ctum aliquod est , igitur & bonum , Si priuatio est igitur in subie-

Sed mirū:Diceř de-
bueras quomodo nūc
soluisti. nā nō est mirū
nō soluere quod nō ha
bet nodum.In hoc igiř
me admireris quid solue
rim ī quo nodus nō erat

Similis esse:Cur nō simi
lis:cū quēadmodū hæc
ita & illa nihil uiriū hēat
nā si bonū qua ratione
bonum sit expetēdum:
malumq; fugiendū sint
q; fugere:& appetere cō-
traria quomō ex hoc seq
probas bonū malumq;
esse cōtraria:hoc est qđ
tibi est probādū:ad qđ
tamē probandum neq;
ante ullum unquā uer-
bum fecisti neq; nunc fa
cis.Iure igiř dixi nō esse
nodum in tua argumē
tatione:quia quod tibi
ꝓbādū ē nō solū nō uali
de ꝓbas:sed nullo mō
probas:aut ꝓbaš ēt tētas

cto igitur est, Sed quicquid, ens quodammodo est & bonum, non igitur est non bonum. Praeterea negas uerum esse quod Aristoteles in praedicamentis dicit bonum scilicet & malum contrariorum genera esse, quod tamen uel Boetius uel latini expositores negare non audent. Tu uero posthabitis interpretibus latinis ad solum Simplicium refugis qui ait hac ratione bonum & malum contrariorum genera esse, quod ex contrariis alterum semper bonum est, hec est melius est, alterum malum est, hoc est, peius est quod Beatus Thomas quoq; ex Simplicio refert, Sed si licet Simplicio opponere, contra est, quod Aristoteles eodem loco dicit non solum bonum malo contrarium esse, uerum etiam aliquando malum malo. Si uero ipsum bonum Aristoteles uocat quod melius est, malum uero quod est peius erit semper bonum malo contrarium. Praeterea si bonum & malum quae contrariorum genera esse Aristoteles dicit, sunt melius & peius bonum & malum in relatiuorum genere ponentur, in quibus sunt melius & peius, quae relatiua sunt. Aristoteles uero dicit bonum & malum in genere non esse sed genera. Miraris postremo malum & bonum a me contraria uel ex Thomae sententia affirmari, & quod maius est aberrare medicis, quod dicis Simplicium falso allegem, falso quoque dixerim Beatum Thomam eius testimonio probare malum bonumque esse inuicem contraria, Sed caue ne tu erres qui parum mentem meam uel uerba perpendisti, uerba quidem quae in secunda epistola ad te scripta sunt, hac serie leguntur. Dico igitur rursus, & approbo bonum malumque esse inuicem contraria, non quidem quemadmodum album & nigrum, calidum & frigidum, quae omnia uere qualitates sunt, sed quemadmodum sanum & aegrum forte ac debile, rarum & densum pulchrum & turpe, & similia huiusmodi molta, nec Beatus Thomas id negat, sed uir quidem eminentissimus in prima quaestione de malo circa solutionem secundi argumenti monstrat quomodo bonum & malum, & si priuationis & habitus oppositione aduersentur, inter contraria tamen computari solent, idq; Simplicii auctoritate confirmat. Recordare igitur Aristotelem in praedicamentis quattuor oppositionum genera assignare. Item memineris Aristotelem huiusmodi genera a se inuicem seiungere. Rursus no-

Tu uero. An tu q Boetianus esse soles & barbarorum irrisor: nunc eos rides qui postabitis latinis interpretibus graecos interpretes sequuntur: sed Thomas tuus non solum latinus: sed inter latinos praecipuus Simplicii expositionem non solum refert: sed & probat: Tu autem non solum Simplicio aut Thomae non assentiris: sed & latios dicis expositores id negare non audere. Mirus homo es.

Miraris: Quis non miretur: Mirabar tunc: cum nondum acumen tuum perspexeram nunc non miror multa. n. consimilia.

Allegem falso: Et tu infra fateris te falso allegasse: sed dicis hoc nullius esse momenti: quomodo ergo mens tua me fugit: Illud fateor me fugisse nullius esse momenti Simplicio ascribere: quae dicit Credebam enim ego illum errare: qui diceret: Simplicius hoc dicit: quod tamen Simplicius unquam diceret.

ta sanum ab eo & ægrum inter contraria numerari, hac igitur ratione qua Aristoteles contraria a reliquis oppositionum generibus seiungit. Ego bonum malumq; contraria esse affirmari, rursumq; fateor. Atq; hoc etiam quod diuus Thomas dixit in prima quæstione de malo, Bonum & malum esse contraria, quemadmodum sanum ægrumque, non autem quemadmodum uisus & cæcitas. Tu uero dicis, Monstrabo tibi quam contrarii proprietatem malum omnino nesciat Licet enim malum quiddam bono cuidam contrarium uideri possit ut ægrum sano, eo quod boni aliquid relinquit, offeram tamen malum quiddam, quod bono nequaquam potest hac ratione opponi. puta mors & cæcitas. Sed equidem nescio an similes. Si enim uerba Thomæ accuratius legisti plane intelligi potest, quomodo nec cæcitas nec mors aliud malum potest ex toto bonum auferre. Cæcitas quidem uisum aufert & totum, sed non uitam nec corpus, mors uitam quidem penitus aufert, sed nec corpus nec materiam primam. Quod igitur fefellit est, quod cæcitas profecto est uisus priuatio, & uitæ mors, sed non propterea credi debuit perfectam esse boni priuationem, Nonne Thomas aperte ibi cōfitetur & dicit malum bono cōtrarium esse, quemadmodū ægrū sano, non quemadmodum cæcitas uisui, cæcitas igitur inquantum mala est, aliquid boni reliquit cui innititur, inquantum uero est cæcitas nihil uisus adesse permittit. Quod uero Beathus Tho. ait bonum malumq; uelut habitum priuationēq; opponi uerissimum est, Eo.n. loco beatus Thomas ea proprie habitus uocat & priuationes, non solum quæ perfecti habitus sunt, perfectæ qua priuationes, quæ solūmodo Aristoteles in prædicamentis habitum & priuationem uocat, uerum latius omnia quorū alterū est habitus, alterum uero priuatio siue integra, siue semiplena sit tanquam habitum & priuationem opponi pronunciat. Quod uero dixisti, idq; Simplicii auctoritate confirmat, id tale est. Siplicium ait beatus Tho. in prędicamentis dicere ea proprie uocari contraria, quorū utrunq; est aliud. Aristo. uero sanum & ægrum iter contraria numerat non & an cæcum & uidens. Simplicius igitur qui Aristo. interpretatur necessa est causam reddat, cur oēs priuationes Aristoteles inter cōtraria computarit causam uero explicare non potest nisi quæ dicta est. Beatus

Si enim Quid ut te explices totū thomam te peruertere oportet & nescio quas semiplenas priuationes tibi fingere: negaiq; Thomā ibi proprie accipere priuationē & habtū cū dicit malum priuatiue opponi bono: non ne tota questione pbat malū esse nihil: & inde colligit malū esse priuationē nō autē contrariū: an priuatio que nihil est semiplena priuatio est cecitatem itē dicim' perfectā mali habere rationem non quia omne bonum adimat quis enī hoc nescit sed qa totum illud bonū cui' priuatio dicitur hoc ē uisum adimit qd nō facit ophthalmia: hæc sūt igitur mala quæ nullo mō uult contrarū adici posse Thomas quæ cum uera mali rationē habēat: profecto qui dicit mallum ex sententia Thome esse contrarium nō minus errat q̄ erraret ille compater meus q dicebat Simplicium dicere quæ nō dicit.

igitur Thomas qui ait simpliciũ dicere ea proprie contraria uocari, quorũ utrũq; est aliud cũ causam explicet ob quã sanũ ægrũ inter cõtraria numerẽtur non ẽt cæcũ & uidẽs ex simplicio necesse ẽ id colligat, qui aristotelẽ expõit quod siue uerũ siue falsum sit res nullius momẽti ẽ in qua puagandũ sit. Q m̃ uero postremis lr̃is malũ quod boni negationẽ putas appellare uideris malũ qđ oĩno malũ sit, eodẽq; modo falsum ueri uniusq; diuisũ pcunctari te uolo An chymerã putet eẽ oĩno nõ ens, Si negabis tibi necesse ẽ contradicas, qui prius dixisti chymerã eẽ oĩno nõ ens & falsam, Si uero dederis oĩno nõ ens eẽ pcedã hoc mõ, nõ ens, & oino malũ sunt paria, chymera aũt est oĩno nõ ens igitur & oino mala, qđ fieri nõ põt, chymerã.n.eẽ cõtradictionẽ nõ claudit, põt igiẽ a deo creari, qđ uero eẽ, eẽ ãt bonũ ẽ quod igiẽ põt creari põt bonũ eẽ, sed potẽtia ad bonũ bona est, chymera igitur nõ ex toto mala ẽ. Præterea chymera & a deo & a nobis põt intelligi, põt igitur aptę mentẽ nr̃am eẽ & aium, igiẽ quoquo modo potest eẽ quod autem quoquo modo potest esse quoquo modo bonitatem participat. chymera igitur nõ ex toto mala ẽ. Præterea nihil põt malũ esse nisi fugiendũ sit, nihil uero fugi põ: neq; uitari nisi cognoscaẽ aut ab eo qđ fugit aut a deo q naturalẽ fugæ instinctũ inseruit. necesse ẽ igitur malũ oẽ quodãmõ cognosci posse, cognitio aũt bonũ quiddã est, igitur & posse cognosci. potentia enim ad bonum bonũ quiddam est. Præterea aristo. quarto methaphysicæ dicit negationes priuationesq; quodãmodo entia eẽ, imo & ipsum non ens quodãmodo ens esse dicit cuius signum ẽ inquit quod dicimus non ens & non ens, quod uero quoquo modo ẽ ens quoquo modo bonũ ẽ, chymera igitur in qua uerũ est entis uocabulũ prædicare quodãmodo ẽ ens & bona. Præterea malum ẽ priuatio boni, priuatio uero omnis est negatio formę in sbo apto nato formam & habitũ habere, nihil igitur malum eẽ põt quod boni capax non sit & aptum capacitas uero & aptitudo in bonum bona est, Malum igitur omnino malũ esse non potest unde Augustinus inquit malum semper in bono esse, Præterea si malum est priuatio boni ut dicis quomodo potest esse boni negatio, alia.n.est oppositio priuationis & habitus, alia uero affirmationis negationisq;, Præterea tuarum partium est monstrare factam prius a te rationem ualidam esse qua probabas ex Aristotele & Tho. deum ens non eẽ, ego enim utranq; infirmaui nec satis est dicere. Scio aliquando a pipatheticis deũ ens uocari, sed & illud scio ap eosdẽ appellatione entis deum aliquando non claudi. Monstra.n.rogo quo in loco uel Aristo. uel aristotelici deum entis appellatione non censeant.

Cæterum si uacabit explicato quomodo defendas deũ esse & unum deũ tamen non eẽ deũ, Si.n. uocabulũ itelligiẽ necesse est descriptionẽ q̃dã ab aĩo formari, qua data mox sequiẽ deũ eẽ deũ & unũ nec.n.

Siue uerũ. Cur igitur non ingenue fateris te errasse. Neq;.n. mirum est homo es.

An chymerã. In ista tua chymera multas fingis chimeras.

Creari. Si creari chymera potest a deo non ẽ hæc potẽtia in chymera sed in deo.

Præterea Chymera: Nocio quã mihi de chymera formo: ut aliquid ẽ ita bõa ẽ ipsa uero chymara: ut nihil ẽ ita neq; bona est.

Aristo. iiii. meta. Bonum & malum secundũ te sunt contraria & utrũq; contrariorũ est aliquid positiuũ ergo & qđ ẽ bonum est aliquid positiuũ & q est malum ẽ aliqd posituũ & secundũ te nõ ens est bonũ ergo secũdũ te nõ ens est aliqd positiuũ. & aliqd & ens cõuertunt ergo secũdum te nõ ens est ens positiuũ uide quo nos pduxit tua chymera:

Præterea si malũ ẽ. At secũdũ te est contrariũ non priuatio.

Augustinus iquit: Nõ dixit malũ esse bonũ sed in bono.

Præterea si malũ Eate

Simonides poeta tẽpus ad rñspondendũ petiſſet tyranno quærenti quid eſt deus niſi uocabuli īterpretationẽ & notã aĩo cõcepiſſet,in omni.n.qõ ne pria eſt uocabuli ſignificatio.Prææterea ſi deus ẽ unus,aliud unũ ẽ deus,qđ non niſi deus eſſe põt. Item ſi deus eſt & non eſt deus, eſt aliud a deo,A ſe ipſo igitur aliud eſſe neceſſe eſt.Præterea ſi ideo deus non ẽ deus ꝙ nomen dei concretũ eſt aliud ſignificans,& aliud cõcedi non debet deum eſſe,deũ eſſe unum,nihil.n.eſt.In reꝝ natura qđ deitate participata ſit deus,Poſtremo mõſtrabis qũo uel probes uel defendas cõtradictionem claudere deũ non eſſe & auꝝ eſſe,grata erit mihi huiuſmodi diſputatio,nec tibi debet eſſe moleſta, eſt.n.diſputatio cribꝝ ueritatis , Suauiſſimus animæ cibus nihil habens ingrati. Vale.

Quartæ obiectiones.

n On ideo dictum eſt deũ ens non eſſe ꝙ eſſe ī deo pro eſſentia eſt,ſed quia eẽ non eſt aliud ab eſſentia , quod lõge diuerſum eſt,Alioquin ipſum eſſe lapidis,qđ ſibi pro eſſentia eſt,nec ens erit.nec bonũ,eſſe.n. lapidis non eſt eſſentia, ſed ipſum ſibi,&eẽ ſuũ, & ſua eſt eſſentia.Si in negationibus,& priuationibus quid ſint quæri non poteſt,Cũ igitur ſint non ſatis eſt ad quæſtionẽ quid ẽ formandã ſcire rẽ, de qua quæritur eẽ,ſed amplius ſcire oportet,& eẽ,& aliquid eẽ quærenti igitur quid eſt ridicule ac irrationabiliter rñdetur ens,aut aliqđ,ſiue ens primo modo,ſiue ſecundo capiatur qđ ſi quæratur quid ſit peccatũ uocabuli potius eſt quæſtio q̃ rei. Si aliquid eſt ens,ideo iuxta poſitionem tuam eſſe ens,ꝙ eẽ eſt aliud ſecundũ rem ab eſſentia, aliud ẽ inquis humanitas,aliud homo,aliud albũ ſiue albedo,aliud res alba,igitur ſi idea eſt ens ideo erit ens,ꝙ eẽ ideæ eſt aliud ab idea.Idea aũt deus eſt , eſſe igitur ideæ eſt aliud a deo,eſt igitur ī deo ſecundũ rẽ cõpoſitio nõ ſolũ ſecundũ rõnem. Iuxta denominatiuoꝝ diffinitionẽ unus ab unitate denominatiuũ eſt, deus aũt iuxta tuam poſitionem ex ſimilitudine unitatis unus dicit̃,nõ igitur ad ſubãm dei ſpectat pdicatio,qua platonici dicunt,deus eſt unus,ꝑterea cũ dicimus deus eſt unus nõ quid ſit , ſed qũo ſit ſignificari putas modus aũt ex accidentiũ ẽ genere non igitur uocabulũ unius ī deo ſubſtātiuũ ẽ neqꝫ ad rẽ pertinet,ꝙ uel platonicã ſectam nõ didiceri uel græcã in quã ignorẽ,nõ.n.id ſatis eſt ad,tutandam academicoꝝ diſciplinã.. Si deus non eſſet & auꝝ eẽt,auꝝ ĩnqs eſſet, auꝝ & nõ eẽt auꝝ,igitur eẽt auꝝ, Si igitur diffinitio ueri cõſtat erit ueꝝ nulli quadrans ideæ.Si ſocratẽ ſedere neqꝫ ueꝝ eſt.neqꝫ falſum eo ꝙ neceſſarium nõ eſt,equidẽ defendã nõ in quolibet affirmationẽ uerã eẽ uel negationẽ non .n.in quolibet uel una uel altera neceſſariam habet ueritatem. Si bonum & malũ ſunt in rebus,ueꝝ uero,& falſum ī anima ubi eſt tua affirmationis & negationis oppoſitio ? negatio enim nihil ponit . Quomodo etiam chymera in rebus eſt & anima ſi eſt omnino non ens & falſa:cũ nõ ens & malum mutuo cõuerti putes. Si cæcitatem eſſe cæcitatem ueꝝ eſt & quis non uideat cæcitatem eſſe ueram,idem.n. ſunt , ſola.n.cæcitate poſita ponit̃ hoc qđ eſt cæcitatem eſſe cæcitatem

Cæterũ Attẽde mox explicabo cũ p hãc dictionẽ de⁹ id cõcipis tñ qđ ſignificat̃ p nõẽ nõ hẽt hæc dictio ꝓdicati rõnẽ ſed ſubiecti.ẽ.n.illud de quo queritur qduñ de eo enũtiari poſſit aut debeat nõ aũt illud quod de alio enũtiat̃ q̃re neqꝫ id aut S'mõidi erat iguotũ aut cõſulẽti eũ tyrãno. Cũ itẽ q̃ris ſi de⁹ dic ide⁹ nõ põt an ſit aliud adeo q̃ro a te qđ cõcipias p hãc dictionẽ de⁹ quã de deo enũtias Si nihil cõcipis nihil erras qa nihil dicis . Si aliqđ cõcipis dico deũ aliud eẽ ab eo qđ tu cõcipis & cõceptũ p hãc dictionem deus explicas qm̃ ſupra oẽ illud ẽ qđ a nobis concipi poſſit . Deum nõ eẽſe. Veniamus ergo ad aurum tuũ quod omnino non uis perdere etiam ſi pdat̃ deus.Fieri non poteſt ut aliquid ſit ſi non ſit ipſum eſſe fieri igitur nõ poteſt ut aurũ ſit ſi deus non ſit preterea ſi deus nõ eſt igitur infinitũ ẽ ſi īfinitũ ẽ nihil ẽ qm̃ ſi infinitũ eſt finitum non eſt ſed & ſi infinitum eſt infinitum non ẽ quoniam infinitũ ſe ipſum perimit queadmodũ & alia quæ contradictionẽ claudũt ſi nihil eſt aurum non eſt . Hæc ſatis credo eſſe tibi homini quantũ uis igenioſo.

Vale.

& ablata aufertur unde eadem rõne soc. & socratem esse socratẽ idẽ est & eadẽ generatione utrũq; generatur, & p se, deus quoq; & deũ esse deum idẽ. uttũq;.n. æternum est & prima ueritas. Si falsum oẽ simpliciter diuisum est ut ,pbatum eẽ non negas non debuit falsum qddam cũ hac solum conditione diuisum esse hoc est q̃diu falsum est. Si.n. oĩs homo simpliciter & absolute est risibilis condictionem nõ oportet adiungere, qua restringuas dicens, oĩs homo est risibilis q̃diu est homo nec propterea restrictio debuit adiungi q; non oĩa falsa sunt æqualiter diuisa, aut falsa nec.n. oĩa entia sunt æqualiter bona. absolute tñ bona sunt oĩa. Q uo conclu datur bonum malumq; esse contraria, si prosequi, & fugere sunt contraria facile cõstabit. si ratio contrariorũ motuũ satis a te fuerit intellecta. Q uid miraris si dico latinos aristotelem non negare, quẽ Simplicius negat, nõ etiam boetius, nũqd propterea uel Boetium non imitor uel barbaros extollo, miꝝ ne hoĩem uocas, Ego uero te mirabilem appellarim, qui cum boetium imiter posthabito interim Simplicii me Boetium aspernari, & barbaros sequi existimes. Si contraria sunt bonum & malum chymeram uis probare aliquid esse. quod in reꝝ natura sit, sed si perceptum sit qua ratione bonum & malum contraria dixerim, quod nondum aut uis, aut potest itelligere nihil ex chymera probaueris. Priuationes quasdam a me Semiplenas uocari plurimũ admiraris & nullas esse probas hoc modo, Malum est nihil, igitur non est semiplena priuatio, Ego uero argumentum tuũ prosequens, sic dicã, ægritudo mala est, igitur nihil est non est igitur semiplena priuatio, est autem priuatio quædam ægritudo, non igitur est uel sanitatis uel boni cuiuspiã semiplena priuatio, sed plena potius, & pfecta, quod fieri non põt iperfecte igitur priuationes semipleneę sunt ut ægritudo, raritas, turpitudo, cæcitas usus perfecta, boni iperfecta, bonum.n. quod i uidente est totũ non adimit.

Si uerum est quemadmodum scribis malum omne boni aliquid reliquere, chymera igitur, quæ est omnino non ens . & mala boni aliquid retinet . Si uero boni aliquid seruat non omnino mala est, neq; omnino non ens. licet etiam potentia, qua creari potest & esse, in deo sit, & notio, qua potest intelligi sit in animo non tollitur quin chymera potentia bona sit, & ens, est enim potentia dei, & chymeræ alia & alia ratione, nec enim negamus antichristum potentia bonum esse cuius potentia qua potest esse partim est in materia partim in cœlo, & homine. Præterea quomodo Chymera. Si omnis interim cogitatio & potentia dei excludatur, est omnino non ens & mala. Vt enim non ens sit certe mala esse non potest, Malum enim est priuatio, quæ in subiecto consistit, quod necesse est bonitate participet, Alioquin subiectum esse non posset, Quod enim omnino non est subiici non potest.

Nondum improbasti, quod a me dictum est, idq; Simplicii auctoritate confirmas nisi quod ais simplicius non dicit. sed non propterea gloriari oportuit, neque enim dixi Aristotelem sentire omne omnino ens uel per se uel per accidens esse nec Beato Thomæ aliquid propterea falso ascripsi.

Licet priuatio omnis negatio quædam sit nondum tamen constat aliam non esse affirmationis negationisq; oppositionem. aliam uero priuationis & habitus, nec propterea si malum est priuatio boni malum & non bonum conuerti necesse est.

Defensionem tuam qua tutari uis deum non esse deum ego nec ueritati nec Beato

Dionysio consentaneam puto ne beatus unq̃ Dionysius deũ negauit esse deũ, Sed quẽadmodum B.Tho.interp̃tatur nullũ nomẽ dei naturam integre põt explicare, nec alia ratione affirmationes putat deos eẽ incõpactas. Tu uero dicis dei nomẽ si descriptionẽ hẽt subiecti rationẽ hr̃e non etiam prædicati, sed hoc concesso argumẽtum p̃stat, Sit.n.a.ratio nominis dicaturq; hoc modo deus ẽ.a.ratio.n.cuiuslibet de eo p̃dicatur cuius ẽ rõ.igitur facta simplici cõuersione.a. est deus.igiẽ deus ẽ deus, itẽ dicis cũ quæritur an deus sit aliud a deo nec ne, sciri oportere qd dei noie concipiatur, quicquid aũt detur aliud inquis dicã deũ eẽ. est.n.supra oẽ id quod concipi põt, sed nonne huiusmodi solutio secũ pugnat. Si.n.confiteris p̃positionẽ huiusmodi, quæ est deus ẽ supra id quod concipi põt, non ne palam aliquid de deo affirmas fiat igitur & sit nois diffinitio ea oratio quæ est supra id quod concipi põt, & argumẽtũ militabit.p̃terea seqtur deus est supra oẽ id quod concipi põt igiẽ deus concipi non põt alioquin idẽ supra se ipsum foret, non igitur amari põt nec coli. Postremo tantam putes esse auri potẽtiam ut uelimus nolimus uel re uel aio ex necessitate deum secũ trahat hoc modo, Aurũ ẽ.igitur ipsum eẽ est.igitur deus ẽ, itẽ sic deus est. igitur infinitum est. infinitum est.igitur nihil est. Si ens infinitum est inquis finitũ nõ ẽ.quasi sic arguas finitũ nõ est.igitur nihil est, dcide sic ifinitũ ẽ igiẽ infinitum non est.infinitũ.n.inquis se se ipsum pimir, Equidẽ puto si Nicoletto quispiam huiusmodi argumenta scripsisset, nihil r̃ndisset, nec ego contra aliquid opponam, ne ubi res mihi luce clarior uidetur aliquid uidear dubitare, q; si iisdẽ argumẽtis positionẽ tuam probes equidẽ uereor ne aurũ p̃das. Is obiectionibus si uoles aliquid respondeto compẽ optime, quo disputationi iã finẽ faciamus, satis.n.lusimus. cæterũ nolim putes me aut odio aut maliuolẽtia in hæc diuertisse, scio meministi priusq aliquid tibi scriberẽ significasse an uelles, Equidẽ deũ testor comitẽ meũ mirandulũ & amo & ueneror.qd' si aliqñ expiri libuerit me nihil mentitum cognosces.

IO.FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA ANTONIO FAVENTINO PHILOSOPHO INSIGNIS.SAL.



Vanq̃ Ioannis Pici patrui mei obitu studiorũ meorũ alacritas ois & spes quæ quasi tota in eo reposita fuerat, elanguit, quippe cũ futurũ sperarẽ eo uiuẽte phiæ studia ad castitatem pristinam, sed magnis ditata opibus reuocarẽtur, christianaq; fides eliminatis i uniuersum erroribus hæresibusq; depulsis ualidissimis i aduersos hostes turribus muniretur. Non tñ sic aio consternatus sum ut totis uiribus nõ laborauerim ne uigiliæ oẽs incohatæq; lucubrationes quæ ab homine illo i litteris undequaq; admirando profluxerãt penitus depirent, quo circha mihi ipsi n̄risq; hominibus consulens q̃ maximis potui itineribus florẽtiam contẽdi, dediq; opam qua potui i rõne ut quæcũq; ab eo notata fuerant licet iexpolita & inexcussa i nostram p̃mitterentur potestatem, non inanes oino fuere conatus nostri, nam & si adaptæ adhuc tabulæ non eẽnt nec notus hæret adapta nihilominus ita scrinia fuerunt ut cõmẽtationes cunctas ispiceremus uersaremusq;. Vidimus i charthaceis illis dipsis codicibus icredibile hominis studium, lectionẽ omnimodam conceptus supra captus humanæ mentis admirabiles. Verum i redigendis sctiptionibus non laudam incuriositatem, hinc inde disiecta dissipataq; omnia, sed de his alias. Dum hæc diligenti

cura euolueremus opusculũ eius de uno & ente quattuor ferme ante occubitũ annis emissum una cum tribus in ipsum a te pscriptis epistolis earumq; rñsis in manus incidit quibus ob rei nouitatem non plectis modo sed haustis sed pene ut aiunt deuoratis(rumore.n.id factum agnoueram sed qnid momenti alatum eēt exploratum satis non habebam)Mecũ cogitare disceptareq; occepi an illud pnblicit⁹ aliis cum opibus quæ in unum redegeram,& publicanda censueram impssoribus dare deberem nulla tuaꝶ obiectionum habita mentione,An consultius fieret si & oppugnatum hinc offensaculis inde propugnaculis promunitum exiret in pnblicũ.Post longam rei discussionem postrema tandem menti sñia sedit. Sane doctis hominibus obuiam factnm notas infamiæ ferre uideretur, Si accusatores non tantum expauescere,Sed & in iudicium citare recte quasi parum fidẽs consciẽtiæ nõ auderet pariter quoq; ut rñsis comitatũ iret oportunum eē uisum est ueluti ad defendẽdam causam innocentiæ testibus quod nostꝶ consilium laudatum iri a probis uiris non dnbitaui qñ a me pati oportuisset defunctũ patruum hoĩem profecto de me meritissimum aliqua ex parte famigeratę doctrinæ suæ tali nõ ꝑmulgato libello defraudari,aut eo solo ꝑgrediẽte nequissimis uitupatoribus ansam semp criminandi relinquere non accitis in foꝝ quæ & obiectando & repellendo pluribus utrinq; epistolis cõcinata fuerant.At oblatis nõnullis litteris Christophori saxoli nři & ciuis & medici qbus quartam te sup id negocii cudisse epistolam quæ rñsione caruerat ut aiebas nobis significabitur,res in dubiũ teuocata est.Iteꝝq; sñiæ ancipitis factus periculandũ exactius liberatum iã iudiciũ duxi qñ postremus accusator urgeret cãm nec eēt qui patrocinaretur.Inde meũ subiit aĩum titilatio quædã suscipiendæ defensionis quo me tñ ꝑtutando silentio uerterẽ non erat in prompen . Mouebant hinc mentẽ hoĩs modestia in oẽsq; begnitas ingenii quoq; solertia & acrimonia in enodãdis diluendisq; etiã ex tpe difficilib⁹nodis inexplicabilibusq; scyrpis ut.s.arbitrarer ultimã epistolã tuam non fuisse tuto delatã, cogitabã inde factũ facile fuisse ut qđ rescripsisset,Si tñ fideli nuntio tuæ sunt reditæ epistolæ uel tabellarioꝝ incuria(fit .n.id sepenumero)uel alio quopiam casu in itinere periisset.Succurrit demũ in enodationibus prioꝝ quæstionñ tuaꝶ cõquæstũ illũ fuisse a te sæpius eadẽ iterari & de eisdem sæpius dubitari ob id statim totins controuersiæ uestræ capita pcurri an .s. in primis rñsionibus aliqua dephendi possent quibus monstrarẽ fuisse quartæ epistolæ satis in parte factum anteq̃ scriberetur.Successit ex uoto res tantaq; reperi ad propositum faciẽtia ut si non uerbis quantũ fieri potuit obiectionibus ultimæ epistolæ rñserim adeo ut ipsaꝶ nodos ex prioꝝ quęstionũ tuaꝶ solutionibus aptos magna ex parte possis agnoscere.Addimus multa magnis ẽt auctoribus pro testimonio petita quæ oĩa non alia de causa factitata a me existimare te uelim,nisi ut rudiũ insolẽtiumq; philosophiæ & maliuoloꝶ iudiciis occurrerẽ,ad quos forte cum peruenisset fama quartam te ad patruum meum super ea controuersia dedisse epistolam cui non respondisset,tulissent actutũ sententiam(qui blacteronibus & inuidis mos est)alia quapiam de causa quæ iusta non esset rescribere picum non curauisse Alioquin mi Antoni etiam a principio susceptum opus libentissime omissem Tum ut controuersiis a quibus abhorrẽs sum & si iustissimam causam agerem non uideret initiari,Tum ut a uero philosophiæ tramite nõ deuiarẽ,quem post equos & arma (& si quosdã litteraꝶ flosculos a pueris olferim) post magnoꝶ ducum cõmer-

cia Io. Pico patruo Ioãneq; mainardo nr̃o ducibus metiri occepi, qñ naturæ notitia nõ ad litarios desudãdos agones, sed ad naturæ ipsius cõditorẽ agnoscẽdũ ordin etur philosophicæq; cõmẽtationes suapte semp spõte uinitare nos debeant ad penitissima diuinoꝝ elogioꝝ uestigãda sensa, hic studiorum oium finis his nobis iter reuelatur ad cælũ, si tñ ea non gloriæ nr̃æ captãdæ gr̃a excoluerimus, sed ut deũ nr̃um & facilius cognoscere & feruentius amare possimus. Vt inde ꝓmptius quæ mandauit faciẽda ꝓsequamur, quæq; docuit uitanda fugiamus. En tibi causam suscepti huiꝰ mihi oneris tecũq; negocii explicatam iustissima est ut uĩ iccirco æquo a te animo ꝑferenda qñnetiam arbitrari forte potui ut his nostris uti possem ueluti internunciis in auspicata mihi iam tecum contractaq; ferrariæ beniuolentia cõfirmãda. Nã cũ ꝓximis diebus istuc appulissem qua es humanitate me inuisere dignatus es. At cꝙ interloquẽdũ de litteris deq; morte patrui hac eius operibus multis ĩchoatis nec consumatis percepta opinione mea rñdendi. s. tibi soluendiq; argumentationes tuas tantum abfore ostendisti ut offendereris, ut etiam quod facturus eram laudaueris. Sed ipsum iam negocium aggredientes primæ obiectioni dissoluendæ manꝰ in primis admoliamur. ea est huiusmodi.

Nõ iõ dcm̃ est deũ ens non eẽ ꝗ eẽ in deo ꝓ essentia ẽ, sed qa eẽ nõ ẽ aliud ab eẽntia qđ lõge diuersũ ẽ aliogn ipsũ eẽ lapidis qđ sibi ꝓ eẽntia est nec ens esset, nec bonũ esse. n. lapidis nõ est eẽntia sed ipsum sibi & eẽ suũ & sua est essentia cui uel facillime rñdebimus. Sed iubebo in primis eoꝝ te meminisse quæ ab ipso hmõi rei gr̃a sunt pscripta ne pugnantia ille uerba protulisse uideret. In eo qppe cõmentario de ente & uno (qđ etiam in tuaꝝ obiectionum rñsis cõmemorauit) Ameliũ Iamblicũ Syrianũ cõplureſq; Platonicos q deũ ens nõ esse dixere nõ mõ ꝓbauit sed toto tractatu principaliter hoc egit, ut non solũ ex Arist. ueꝝ ẽt ex Platonis dogmate oñderet deũ & esse & dici ꝑprie ens. Sed & aliquã loquutionis rõnẽ eẽ monstrauit quã q sequeret nõ absonum erat a ueritate deũ appellatione entis eẽ maiorẽ. Atq; ob id hoc a se factitatũ ẽ ut & Dionysii auctoritatis & Thomæ rõ hẽret ne oio ut eiꝰ uerbis utar insanire uiderent doctissimi sanctissimiq; uiri q id dixerũt Deum. s. nõ esse ens. Sed super ens quã sniam alter milies repetiuit, alter qñq; usurpauit. Sed redeamus ad nos. Cũ ergo hoc mõ Deũ ens nõ eẽ dictũ sit hac rõne id ꝓlatũ asserimus qđ eẽ ĩ deo pro eẽntia sit. cui opponis nõ hac sed illa assertũ rõne qđ eẽ dũtaxat nõ sit aliud ab eẽntia. duo hæc diuersa eẽ penitus existimans ego uero alteruꝫ alterius dicti apitionẽ dilucidationẽq; eẽ contendo. Cũ. n. dr̃ ens nõ esse deũ qa in eo eẽ ab eẽntia dissepatum nõ sit nil aliud asserĩ q̃ eẽ ĩ deo eẽ sibi ꝓ eẽntia, nec per hãc orõnẽ. s. esse in deo nõ est aliud ab eius eẽntia iudicat nobis eẽntiam in deo eẽ ut p uerba illius contra quẽ argumẽtatus es liqdo pspicit nã tuã obiectionem patruus cõfutauit quæ hanc ipsam materiam cõcernebat iqẽs, nõ. n. Platonici cum id aiũt intelligũt esse in deo eẽntiam & eẽ sed in eo non differre. At eẽ in deo locũ eũ hẽ quẽ in rebus aliis hẽt eẽntia ut ei ꝓ eẽntia nihil sit aliud q̃ ipsum esse. q aũt incongruum oio credas ipsum lapidis esse non posse dici ens & bonum mutabis forte sniam si consideraueris quæ a Thoma agnate q qsi cõtrouersiæ iudex a uobis ascitus est ĩ pria pte sũmæ qõne. xlv. articulo. iiii. dicant paläq; cognosces ipsum eẽ qđ ĩ essentiæ cõpositionem cadit nec ens nec creatum appellari debere qñ formas oẽs non subsistentes & accidentia cæteraq; id genus magis coexistentia & cõcreata q̃

Pría obiectio.

Præfatio quædam.

Amelius.

Iamblicꝰ

Syrianus

Diony.

Thomas.

Solutio obiectõis

Thomas

creata & entia nuncupari posse ꝑnũciet. Quapropter ab ei⁹ sectatorib⁹ potissimũ Capreolo cũ de entis & essentiæ distinct. õe fit quæstio eẽ ipm creatarũ rerũ nec in, uerorũ entium nec in creaturarũ numero recipit̃, q̃ si entis appellationẽ nõ suscipit: ꝓculdubio nec boni cũ ens & bonum se mutuo cõsequãt̃ pariq́ ambitu reciꝓcẽt

Secũdæ obiectionis solutio. Secundo loco hunc in modum argumẽtariis si in negatõibus & priuationibus qd sint quæri nõ põt. cũ igitur sint non satis est ad quæstionem qd est formandã scire rem de qua quærit̃ esse sed amplius scire oportet & esse & aliqd est quærenti igit̃ qd est ridicule ac irrationabiliter rñdet̃ ens aut aliqd siue ens prio modo siue secũdo modo capiat̃. Quod si quærat̃ qd sit peccatum uocabuli potius est quæstio q̃ rei. Cui obiectioni rñdemus non illum unq̃ dixisse in priuationibus & negationib⁹

Thomas non posse quæri qd eẽnt. Sed non posse rñderi quid Thomæ gratia ꝑt hic quẽ te super hoc dubitante in prioribus epistolis uerũ nec. s. esset an falsum citauit his uer-

Egidius. bis uerũ esse fatearis oportet nisi deseras tuum Thomam, quod & nos ẽt ab Egidio Romano in secũdo commentariorum libro in theologicas snias assertum esse repe rimus, satis. n. est ad quæstionem quid est formandam scire eam rem esse de qua sci scitat̃, neq; necessariu ẽ ut qui qd res sit uestigaturus ẽ, sciat reȝ esse aut aliquid pri mo modo sed secundo tm̃ hoc est eam esse. Quod si contenderes te intellexisse quæ stionem eã formari posse cui potest affirmatiue & recte responderi primũȝ si putas quæstionẽ illã non posse recte formari nisi res de qua quæritur sit talis ut p eam q̃

Aristot. stioni illi reddi rñsum queat tecum non uenio. Arist. n. sẽtẽtia ẽ pcunctari posse cẽ taurus sit nec ne cẽtaurum tamẽ tale non eẽ ut p eum quæstioni an ẽ possit rñderi cum mera sit fabella merum figmẽtum. pariter quoq; aduersor si credis hoc idẽ q̃ rẽtẽ nosse oportet̃, nam plus scire eum non oportet (ut ostẽdimus) qui recte quid sit res pcunctatur, quam eam eẽ, qui ergo nouerit rẽ eẽ aliquid non ridicule respondetur eã eẽ aliquid nescienti cuipiam & de hoc pcunctanti. q; uero interrogãtes qd res sit docere non consueuerimus eam tm̃ uel ens esse uel aliqd ut absoluti⁹ rñdea mus euenit, nã exploratum hñtes eam esse aliquid adhuc quale nã ens eẽt rimarẽt̃ eorum igitur non solum expressæ petitioni. Sed & uestigandi desiderio satisfacim⁹ cum conceptas & non prolatas quæstiones ipsorũ nostris rñsionibus præueniendo dissoluamus. uerba uero illa q; si quæratur quid est peccatum uocabuli potius est quæstio q̃ rei quæ illius obiectioni contra te factæ fuere, rñsum non multũ momẽ ti attulisse uidenẽ, cum enim tu prius argumentarus esses ex Thomæ sentẽtia. ens uidelicet iuxta primum modum uocari quod quæstioni quid est rñdetur, quærẽtiq; quid esset quod mundum conseruaret & moueret rationabiliter deum responderi, ex quibus colligebas deum primo modo esse ens & aliquid rñdit ille uide quantuȝ falleris malum secundum Tho. tale non est ut quærenti de eo quid sit possimus ali quid rñdere uel ens- & tamen quærenti quid est peccatum respondere possum⁹ q; est malum - ideo nihil tibi tua suffragatur responsio hæc scilicet quod si quæratur quid est peccatum uocabuli potius est quæstio quam rei. Nam non nimis est quæ stio nominis (q̃q̃ & hic & ibi diuersa ratio) quid est quod mundum gubernat q̃ qd est peccatũ cum ille q mundum gubernat deus. s. qdditatem ut recẽtiores loquũt̃ non habeat, qd̃ & omnes præter eos q in prædicamento cum collocant apertissime

Diony. confirmãt. Et ut sanctissimus ait Dionysius nostræ post apostolos princeps theologiæ ipsius nec nomen est nec diffinitio, quinetiam nec illis quæ antea dixisti tuum

hoc responsum consonat qñ prius malũ ipsum non esse nihil sed positiuum aliquid dixeris, nunc uero ipsius nominis tantum formari quæstionem confitearis.

Opponis tertio his uerbis si aliqd est ens ideo iuxta positionem tuã ẽ ens ꝙ esse est secundũ rem aliud ab essentia aliud est inquis humanitas aliud homo aliud album siue albedo aliud res alba, igitur si idea est ens ideo erit ens ꝙ esse idee est aliud ab idea. Idea autem deus est esse igitur idee est aliud a deo, est igitur in deo composito secundum rem non solũ secundum rationem. Quibus dicimus iam responsum esse Nam cum eodẽ fere medio quo nunc es usus in tertia epistola argumẽtareris rñdit ille compositionem illã entis & essentiæ in diuinis secundum rationem eẽ nõ scd̃m rem, huius igit᷑ hyppothetici syllogismi quẽ adducis primã ꝓpositionem uerã esse inficiamur nam & si in creatis rebus essentia ab esse re differat non ob id sequat᷑ necessarium ẽ quicquid quoquomodo dici ens possit ex eẽntia & eẽ siue existentia tã q̃ ex partibus cõponi idee igitur quæ creatarum rerum exemplar est eẽntia & existentia re distincta non conueniunt. Sed hæc a nobis in ea fit cõpositio, cũ illã ut exẽplar cãin eẽntiæ & entis siue eẽ & existentiæ quæ in creatis rebus inueniunt᷑ perpẽdimus, quam cõpositionẽ pariter & distinctionẽ simplicissimis ẽt rebus applicam⁹ & secundũ rationẽ quando eam intellectus noster fabrefecit uocitamus hanc peripathetici freqũetissime usurpant uulgatã ut inquit ille ab Antipatro repetitã a Posidonio cõmemoratã in epistolis a Seneca, ea propter hunc in modum ideam secundum rationem ex eẽntia & existentia dicere possumus eẽ compositam & ens uocare eam. s. ut exemplarẽ creaturaꝝ ex eẽ & eẽntia re differẽtia compositarum considerantes, quã compositionem in deo non ponimus quando eum non ut aliorum exẽplar, sed ut in penitissimo suæ diuinitatis recessu se ipso fruentem contemplamur. — *Obiectio tertia. Solutio. Peripatetici. Antipater. Possidonius.*

Quarto inquis iuxta denoiatiuoꝝ definitionẽ unus ab unitate denoiatiuũ est de⁹ aũt iuxta tuã positionem ex similitudine unitatis. unus dicitur non ergo ad subãm dei spectat prædicatio qua Platonici dicunt deus est unus, præterea cum dicimus deus est unus non quid sit sed quo modo sit significari putas, modus aũt ex accidẽtium est genere non igitur uocabulum unius ĩ deo substantiuum ẽ ꝙ uel Platõicã sectam non didicerim uel græcã linguã ignorẽ, non enim id satis est ad tutandam academicoꝝ disciplinã. Sed facilis rñsio cũ enim dictum sit a Platonicis unum qd᷑ de deo enunciat᷑ esse substãtiuum & non denominatiuum tantum probe assertum ẽ & iteꝝ cum asseueratũ sit unum dici qa unitati similis sit non ẽ incongruũ, nec ꝓpterea dici potest nõ esse substantiuum, nam & si nomen aliquod ex rei cuiuspiã ꝓprietate aut similitudine cuidam adaptetur non id sequatur necesse est nomen illud non eẽ substantiuum qñ id pro substantiuo nomine accipiatur, quod non p mo dum adiacentis sed per se stantis significet. unum uero quod de deo prædicat᷑ p modum non inhærentis sed stantis intelligi a deo clarum est ut ꝓbatione non egeat. habes itaq; ꝓprietatem a qua nomẽ accipit᷑ cui applicat᷑ non auferre hoc quod est eẽ substantiuũ, nã Thomas tuus imo noster cum ĩ locis aliis tũ ĩ prima parte illud ad quod significandum nomẽ imponit᷑ ab illo a quo imponit᷑ differre refert uerbi grã hoc nomen lapis ad significandum substãtiam illam quæ sic nuncupat᷑ imponi ab ea item ꝓprietate sibi cognata qua. s. pedem ledit uocitari edifferit unde & alio loco docet a grãmaticis fore usurpatum ut scribant nomen substantiam cũ qualitate denotare quod & Ioãnes scotus libro primo cõmentarioꝝ suorũ in snias affirmat. — *Seneca. Quartæ obiectionis solutio. Thomas. Io. scotus*

unum igitur mi Antoni cum de deo enuntiamus uere & ut substantiuum nomē ē
enunciamus quia s. per modum stantis & concipimus & prædicamus rursus eum
ab unitatis similitudine eiusq; proprietatibus īpositum dicimus ueritati quātū fas
nobis est propinquamus qa. s. cōuenièti uocabulo utimur ad indicandum q̄q̄ lōge
ineffabilē illā sup oīa creata deitatē cū ita oīum quæ sunt principiū sit quēadmodū
numerorum oīum principium unitas est, & hisce uerbis etiam colliges alterius ar-
gumenti tui solutionē de modo quod de genere duntaxat accidentium esse pfaris
posse. s. in hac prædicatione, Deus est unus qūo deus unus sit significari & nihilo-
minus unius uocabulū in deo substantiuum eē. si a quo auspicet nomē & ad quod
Solutio breuis ex uerbis patrui. denotandū rei tribuit̄ consideraueris potes etiam breuiuscule ex uerbis patrui solu
tionē tuæ dubitatiōis agnoscere, cū ait quomodo tu Platonicorum potiusq̄ Diony
sii rationē sequi me dicis, cū nec Dionysiū nec Platonicos ut magna etiam uoce glo
riaris unq̄ legeris, At scias idē esse apud Platonicos dei Typum eē unitatē & apud
Dionysiū deum unice eē omnia expeditiorem solutōem nō posset quispiam recte de
siderare, nam cum dei Typum esse unitatem dicitur ad similitudinē & modum cū
uero fertur deum unice esse omnia ad substantiam referēdū est, quæ tamē eē eadē
penitus asseueratum est quinetiam apud græcam linguam quam ille probe noue
rat abstractum & concretum significari quandoq; potest eadem uoce.

Solutio quītæ obiectionis. Ad quintæ dubitatōis tuæ solutōem afferendam nō opus est multis. Ait ille si de⁹
nō esset & au℞ eēt esset aurum & nō esset aurum. Tu addis hæc uerba igitur esset
aurum. q̄ si diffinitio ueri cōstat, erit ue℞ nulli quadrās ideæ. adde obsecro & hæc
paucula quæ scilicet ex eius uerbis sequi dixit & agnosces quomō erit uerum nul
li quadrans ideæ. Quid inquā? impossibile. s. impossibile parit & iō nō mirum est si
ex propōne tua impossibili sequi facias quicquid uolueris, Nam si deus nō esset &
aurum esset erit uerum nulli quadrās ideæ cum ex impossibili gignatur impossibi-
Io. de bachone. le his non solum dialectici sed etiam theologi adstipulantur. Si enim Ioannem de
bachone carmelitā interroges an fieri possit ut aurum sit & deus non sit in primo
sententiarum rñdebit tibi non aliquam omnino rē qualiscunq; ea sit intelligi posse
nisi prius deus intelligatur, cū aūt de intellectu cunctarum re℞ sit colliges tu an ex
tra oēm cōtrouersiam ēt apud nouitios dialecticos pronuntiari possit aurum esse
& deum non esse fore impossibile. Sed de hoc iterum in calce operis uer ba facie-
Cardinalis cameracensis. mus si Cardinalem cameracensem postea consulueris. audies hominem in omni ēt
philosophia exercitatum in primo commetariorum in sententias dicentem ex quo-
libet impossibili contradictionem sequi.

Solutio sextæ obiectionis. Sexto loco dixisti si neq; uerum neq; falsum eēt sedere socratem qd ille asseuerat eo
q; necessarium non esset defendere te posse non in quolibet negatiōem uerā eē uel
affirmationē cū in quolibet aut una aut altera necessariā non habeat ueritatē. quam
obiectionem soluētes rñdemus orōnem hanc Socratem. s. sedere ueritatem aut fal
sitatem quantum de se est sibi non necessario determiare, nec ꝓpterea sequi de quo
libet affirmationem ueram non esse uel negationem, uerumtamen si eo modo quo
ipse docet intelligis negare etiam poteris in quolibet sic affirmationem aut nega-
tionem ueram esse ut altera pars necessario uera sit, ait enim me sedere aut uerum
aut falsum semper est, quia semper ego aut sedeo aut non sedeo. & quod dicitur me
sedere nec uerum nec falsum hoc est propositionē hanc ex se sibi nec ueritatem nec

falſitatẽ determinare,quod faciunt ꝓpoſitiões neceſſariæ.Sed cũ fieri poſſit ut & ſit uera cũ.ſ.ſedeo & ſit falſa cũ nõ ſedeo ex ſe ipſa ad utrunq; indeterminata eſt.

Præterea aduerſus nõnulla eius uerba de bono & malo uero & falſo quæ in rebus & aĩa fore ꝓtulerat inſtas hoc mõ.Si bonũ & malum ſunt in rebus uerũ & falſum in aĩa ubi eſt tua affirmatiõis & negationis oppoſitio,negatio.n.nihil pouit qũo ẽt chymera in rebus eſt & aĩa.ſi eſt oĩno nõ ens & falſa cũ non ens & malũ mutuo cõ uerti putes.Sed oro attẽdas aĩaduertaſq; malum & bonũ ea rõne in rebus ẽe ꝓnun ciari quia attẽdatur circa res qũo uerum & falſum circa aiam non eſt.n. uerum & falſum in rebus ut ſcribit Ariſtoteles ſexto priæ phiæ libro ſed in mente nec ppea ſequatur neceſſe eſt ut res quæ oĩno mala eſt res uera ſit uerum etiã illud & falſum de quibus eo loci mentionẽ facit Ariſtoteles complexa ſunt,nec itẽ ſequitur ſi bo num & malũ in rebus ſint ob id ea opponi nõ poſſe contradictoriæ,quia malũ qḋ in rebus eſſe ꝓnũciatur non ideo dr̃ in rebus fore ut illud aliquã eſſe rem intelliga tur.ſed quia attenditur cõſideraturq; circa res ipſas hoc eſt in quantũ res pfectioni bus priuat,& ut nõ bona ſint efficit chymera uero ipſa in reb9 nõ eſt qa oĩo nõ ens eſt & oĩno mala tamen ſi fieri poſſet a natura ut eſſet res eſſet & bona falſa aũt eſt quatenus nihil oĩno exiſtens & nulli quadrans ideæ,nec etiã eam in aĩa eſſe affir mamus ſed ipſi chymeræ notionem,quæ ut res quædam eſt bona eſt & uera falſa uero quatenus chymeram repreſentat cũ ipſa chymera & nihil ſit & mala.

Septima obiectio & ſolutio

Ariſtote.

Probare poſt hæc credidiſti cæcitatẽ eſſe uera; quod ille negauerat & ſi cæcitatem eſſe cæcitatẽ uerũ eſſe nec eſſet inficiatus nec cõceſſiſſet.Sed ea lõge diuerſa eẽ di xiſſet,huncq; in modũ argumentatus es ſi cæcitatẽ eſſe cæcitatem uerũ eſt & quis non uideat cæcitatẽ eẽ ueram idem.n.ſunt ſola enim cæcitate poſita ponit̃ hoc qḋ eſt cæcitatem eẽ cæcitatẽ & ablata auferẽ,unde eadẽ ratione Socrates & Socratẽ eẽ Socratem idem eſt & eadẽ generatione utrunq; generat̃ & per ſe deus quoq; & deũ eſſe deũ idem,utrũq; enim æternũ & prima ueritas.Ego uero mi Antoni con tra contẽdo quæq; eadem eẽ affirmas inficior nam uno eoꝝ quem tu affers poſito non ponitur reliquũ neceſſario,nam ſola cæcitate poſita nullo intellectu conſideran te etiam quidẽ erit non tamẽ erit hoc quod eſt cæcitatem eẽ cæcitatem quapropter etiam ſoluitur argumentum de deo & de generatione Socratis nam Socrates per ſe generatur non hoc quod eſt Socratẽ eẽ Socratẽ cum complexa non generẽtur. licet quoq; tibi condonarẽ ea eſſe idem adhuc non ſequi dicimus quod colligebas ob diuerſum modum ſignificandi complexe ſcilicet in complexe cum nullius ſane ualoris eſſet hæc argumentatio cæcitas & cæcitatem eſſe cæcitatem ſunt idem ſed hoc eſt uerum,igitur & illud quia pari pacto ſequeretur hoc eſt complexum igi tur & illud quod abſurdum eſt,cum cæcitas nomen ſit ſimplex non complexũ aut enuntiatio aliqua aliud igitur eſt cæcitatem eſſe ueram aliud cæcitatem eſſe cæcita tem uerũ eſſe.Et q̃q hæc pro patrui defenſiõe ſufficerẽ,attamen ne credas plures tutãdi ꝓpugnãdiq; mõs deeſſe,utq; abſolutior ueniat ad te m̃ſio ſcias uelim iuxta Gregorii arimĩnẽſis ſn̄iam dicere me potuiſſe & ſi ſola cæcitate poſita poneret̃ hoc quod eſt cæcitatẽ eẽ cæcitatẽ nõ ꝓpterea corrogatĩ colligiq; neceſſario ea eſſe ide; negat enim hanc conſequentiã & multas huiuſmodi omni alio a deo circunſcripto deus eſt ergo deus eſt deum eſſe.Cardinalis quoq; Cameracenſis negat omnes ora tiones in quibus aliquid enunciatur de oratione infinitiua ſignificatiue accepta

Octaua obiectio cum ſolu tione.

Gregorii. ariminen ſis.

Cardina. camera cenſis

easq; & falsas asserit & incongruas quod i suo primo sententiaꝝ libro uidere licet.
Obiectio Conquereris deinde falsum cũ hac cõditione diuisum non debuisse ꝓnunciari hoc
nona & est quãdiu falsum est,idq; hisce uerbis enarras si falsum omne simpliciter diuisum
obiectõis est quod probatũ esse nõ negas dici nõ debuit falsum quidã cum hac solum condi
solutio. tione diuisum eẽ hoc est q̃diu falsum.Si.n.oĩs homo simpliciter & absolute est risi-
bilis conditionẽ non oportet adiũgere qua restringas dicẽs oĩs hõ est risibilis quan
diu est homo,nec ꝓpterea restrictio debuit adiungi q; non omnia falsa sunt æquali
ter diuisa aut falsa.nec enim oĩa entia sunt æqualiter bona absolute tamẽ bona sunt
omnia. Sed diligẽter eius uerba perpẽde,quib9 poteris oẽm scrupulum & dubita-
tionem abiicere. Ait ille omne falsum diuisum nec omne falsum ex equo falsũ quia
non esse falsum ex equo diuisum cum eque falsa non sint quæ non sunt necessario
& semper falsa:& ea quæ semper & necessario falsa sunt,recte igit᷑ Antoni dictio il-
la quãdiu adiecta est ꝓpea quæ nõ semper & necessario falsa sunt quę falsa & si ue
ra fieri utriq; possunt uel naturæ uel artificis opera,quod & tu in secũdis obiectio
nibus dixisti,uerũtamen quãdiu diuisa tandiu falsa,semper uero falsa sunt ea quæ
nunq̃ in amicitiã redire p̃nt,ut in secũdaꝝ responsione obiectione abũde uisit᷑. nec
similitudo de entibus & de risibilitate tibi impendio suffragan᷑,Nã entia sunt sem
per & absolute bona.licetq; non sint æqualiter bona aliaq; aliis magis boni ratio-
nem participent tamen semper & necessario sunt bona,quatenus.n. entia eatenus
bona nec possunt fieri non entia & non bona nisi redigan᷑ in nihilum. Sed potest
cõmode de falso & diuiso quod in complexione consistit non diuisum & uerum fie-
ri.similitudo ergo non quadrat.Nã licet non omnia falsa æqualiter diuisa,attamen
quatenus falsa & non unita & non uera sunt.Adde q; parũ turbare nos debuit hęc
obiectio.quis enim ambiget pronunciari posse hominẽ(qui absolute & semper risi
bilis est)cum hac conditione risibilem fore quãdiu est homo an improbabitur hæc
loquutio a uiris doctis homo tandiu risibilis est quãdiu homo est.
Decimæ Decimũ obiectionũ tuaꝝ caput nihil aliud cõtra eũ affert nisi facile constare po-
obiectõis tuisse qđ dixisti si ratio contrarioꝝ motuũ satis ei fuisset intellecta,at ille nisi exci
solutio. dit conquestus est te nõ probasse quod totiens sequi dixisti.s.ex cõtrarietate prose-
quendi & fugiendi contrarietatẽ boni & mali inferri inquiẽs:nam sibi bonũ quã ra
tione bonũ sit expetẽdum malumq; fugiendum,sintq; fugere & appetere cõtraria
quomodo ex hoc sequi probas bonum malũq; esse contraria hoc est quod tibi pro
bandũ est,ad quod tamen probandũ neq; ullum unq̃ uerbũ fecisti neq; nunc facis.
hæc ille negans.s.formã argumentationis tuæ & hac fortasse de causa cũ appetere
ipsum & fugere nõ sint proprie motus cõtrarii ex qbus cõtrarios esse terminos col
Aristote. ligi possit,& etiã ab ipso Aristotele mutationũ aliqua contrarietas assignet᷑ sexto,
physicæ auscultationis libro quoꝝ cõtrarii nõ sint termini sed contradictorii ens.s.
& nõ ens quando generatio ab nõ ente ad ens ꝓficiscat᷑.corruptio ab ente i nõ ens.
procumbat.Tu uero hanc iterum cõtrarietatẽ boni & mali pertractasti nec aliam
adduxisti probationẽ rationẽ porro cõtrarioꝝ motuum diligenter illum ꝓspexisse
etiã ab ipsis ut aiunt unguiculis nõ ambigas,qnimo sæpius nõ modo tuas aduer-
sus cum de hac contrarietate rationes propulsauit,sed etiam contra te egit quan-
do in secũda epistola deduxit hanc tuã probationẽ nõ solum inferre malum & bo-
num esse cõtraria sed contradictoria esse contraria,secũdo cũ tela tua in te retorse-

rit hoc modo bonū & malū secundū te sunt cōtraria,& utrūq; contrariorū est aliqd positiuū & secundū te nō ens est bonū ergo secundum te non ens est aliqd positiuum & aliqd & ens conuertunť ergo secundū te non ens est aliquid positiuum.
Cum in tertia dixisses epistola refugere eum ad simpliciū relictis latinis interpretibus quantū ad oppositionē boni & mali ptineret respōdit ille quasi mirabundus. cur tu qui Boetianus eē sole res & barbarorū irrisor eos tūc rideres qui posthabitis latinis interpretibus græcos sequebanť interpretes uel cōmodissime inuens te sentire perperā si græcos phōs magnifaciēdos nō esse duceres quos Boetius quē magno hēs in pcio sūmo in honore semp habuisset,hisq; & præceptoribꝰ & ducibus usus esset,qbus replicas rem nō eē admiratione dignā quis dixeris latinos nō negare Aristotelē quē simplicius nō negat &c.Sed mihi non uideť Simplicium negare Aristotelē cū recte interpreteť nec apparet latinos interpretes euariare ab Simplicii snia,qñ eam tota mente cōplectanť & exequanť opibus si demiratus est negatum a te latinos expositores Simpliciū nō sequi in maiorē forte stuporē icidisset,si te latinos nō negare Aristo.quē negaret Simplicius protulisse intellexisset, porro Simplicius quiq; illū sunt sequuti Aristo.mentē plane elucidāt cū ea rōne bonum & malū contraria eē dixerit,q alterū cōtrariorū semp habeat rōnē mali & deficientiæ quo circa primo physicæ auscultationis libro cōtraria semp secundū melioris peiorisq; inuicē rationē comparari tradidit Pythagoreos ēt imitatꝰ,q duos rerum ordines statuere,quorū alter sub bono alter sub malo contineret usuq; sit i focinati uis libris frequēter externis excēplis hanc expositionē ut inqt ille Thomas tuꝰ non solū latinus sed & iter latinos præcipuus nō solū refert sed & pbat cui ēt nos Egidium in.ii.sniarū & alios multos Burleū.s.& Esculanū idē sentiētes annumeramus qnetiā & Io.scotus cathegorias Aristotelis exponēs adstipulať huic nr̄æ sniæ inquiens si bonum accipiatur prout cū ente cōuertitur malū esse nihil & sic bono nō eē contrariū.cū.n.utrūq; contrariorum extra controuersiā sit aliquid positiuum necesse est ut quod nihil sit in rerū natura quale est malū contrariū eē pnunciari nō possit.& licet malū tu nihil esse negaueris ad Thomā puocās,ipseq; opinioni tuæ nō modo suffrageť,Sed & abunde refrageť,quod etiā patruus in margine tertiæ epistolæ satis ostendit,ab re tamē fore non putamꝰ uel paucula obiter etiam ea in trāscursu pto patrui opinione perstringere monstrareq; non solū Tho.in ea opinione fuisse ut malū esset nihil.Sed cateruati plures philosophos & theologos illustres i hanc sententiā pedibus manibusq; descēdisse. Augustinū inuenimus de moribus manicheorū differentē dixisse nullam naturam esse malum,pauloq; post ne quid p natura itellexisset foret ambiguū subiūxit & ipsa natura nihil ē aliud q̄ id quod intelligiť in suo genere aliqd esse. Vidimus Egidiū romanū in primo commentariorū libro in patrum sentētias scriptū reliquisse malū secundū quod malū purā esse priuationem & non aliqd,eoq; modo esse aliqd pronunciari posse quo & ipsum nihil aliqd esse dici potest quādo utriq; possint noīe aliquo nominari.In secūdo quoq; earūdem commentationū libro malū non habere ut eius uerbis utar quidditatē ob idq; non posse rn̄deri quæstioni quid est affirmat,nihilq; aliud de ipso esse q̄ nomē uerbaq; itidem Aristotelis de mali & boni oppositione iuxta patrui mentem interpretať dogmatisq; simplicii & aliorum proborum Aristotelis interpretum consentit &.s.propria non esse genera pronuncians sed aliorum contrariorum proprius

Vndecimæ obiectiōis solutio.

Boetius

Pythagorei.

Thomas

Egidius.

Burleus,

Esculanus

Io.scotus

Augusti.

Egidius.

Siplicius

genera dici debere cũ alter rõnem positiui habeat altero nõ habente nullũq; cõtrariorum secundũ se esse nõ ens,sed aliquã naturam & existentiã id ipsum Gregorius ariminẽsis testatur in cõmentariis in secundũ sniaꝝ librũ malũ.s.ipsum nõ esse aliquã ut ipsius utar sermone entitatẽ sed puram priuationẽ.hoc idẽ sensit pspicacissimi uir ingenii Robertus olchot qõue prima cõmentarioꝝ suoꝝ in secundũ theologicaꝝ sniaꝝ librũ hoc idẽ pleriq; alii iudicauere quos in pũtiarũ adducere mihi scribẽti tibiq; post modũ legenti fastidiũ fortassis afferret.satis erit quantũ ad pñs negotiũ attinet hos numerasse potissimũ cũ aliis obiectionib9 dissoluendis de hoc iteꝝ oportuerit uerba facere qñ illis in locis de malo mẽtio sit habita. Sed ut eo redeamus unde digressi sumus,Boetiũ tãtum ex latinis oibus cõtra simpliciũ & reliquos illustres interpretes citareq; in iudiciũ uideris quẽ si tantũ latinoꝝ numero dignaris adscribere is unus erit ex latinis expositorib9 nõ latini expositores qui tuæ opinioni suffragari uidebit̃. Adde q̃ nec ille si eius mens pbe scrutet̃ nr̃æ sniæ reclamat cũ qõnem hãc nec exacte pensiculet nec ultimo rimet̃ iudicio, sed solũ qd Aristotelis uerba stricte & presse apprehẽsa expostulẽt declaret,qui mos ei familiarissimus in primis editionibus fuit opiniones græcorum interpretum uarias secũdæ editioni demandãs scrupulosse & anxie examinandas.

Grego. arimínensis. Robertus olchot.

Duodecimæ obiectionis solutio.

Cæteꝝ probasse nõ modo illũ sed demonstrasse existimo quotiẽscũq; daret̃ bonũ & malũ esse cõtraria illico Chymerã aliqd esse in reꝝ natura absq; ulla cõtrouersia pnunciari posse cuius cõtra te argumẽtis hoc tm̃ respondẽs nõ perceptum.s.ab eo que rõne bonũ & malũ contraria dixeris,nihilq; aliud pro te affers quapp nihil & ego aduersus te agam nisi & uidisse illũ & percepisse cũcta quæ scripseras & cũ collibuit multa de cõtrariis dixeras recẽsuisse meũ.n.hoc in negocio consiliũ ẽ ultimas tuas obiectiones in patruũ dissoluere,eas uero qb9 ipse quoquomodo respõderat silentio præterire uerũtamẽ si aliqd nõ plene ab eo enucleatũ tibi uidebit̃ qd a me & optes & expostules aperiri desiderio tuo satis facere tẽtabimus per quę tua argumenta & dissoluẽdo & respõdendo pro uiribus uagabimur, non.n. minutula quæq; uerboꝝ tuoꝝ rñsione carere iudicauit incõsonũ.fatet̃ ille in primis lr̃is quædam esse omissa qbus nihil responsum est,ne in leuibus rebus uerba pdigeret quę dã leuiter tractata ut qui phõ hõi res potius iudicãdas q̃ explicãdas duxerit. Quæ uerba sic a te uelim interpretari ut nõnulla quoꝝ controuersiæ notæ sunt ẽt Gregariis phis operæ preciũ nõ fuisse abste phõ nobili aduersus celeberrimũ & doctrina & fama hoiem adduci qui de reb9 altissimis haberet sermonẽ,quiq; ad ima hæc discutienda non sine dispendio conceptorum de rebus difficillimis speculaminũ descenderet.De hac tamen tua contrarietate sequenti responsione cum de semiplenis priuationibus uerba fient non nihil dicturi sumus.

Decimæ tertiæ obiectionis solutio.

Miraris præterea demiratũ illũ fuisse semíplenas a te fingi priuationes,quã rem nõ tam eo tpe q̃ postq̃ iteꝝ id tentare probasti in admirationẽ conuertisse illũ existimo(si tamen ab eo ultimæ obiectiones tuæ uisæ sunt)dixerat ille aduersus te malum est:nihil ergo nõ est semiplena priuatio.Tu uero eius argumentũ hoc mõ prosequeris ægritudo mala est igit̃ nihil est.nõ est igit̃ semiplena priuatio est aũt priuatio quædã ægritudo nõ igit̃ est uel sanitatis uel boni cuiuspiã semiplena priuatio sed plena potius & pfecta qd̃ fieri nõ põt igit̃ pfectæ igit̃ priuationes semiplenę sunt ut ægritudo raritas,turpitudo cæcitas uisus pfecta boni imperfecta hæc tu ad

uerbũ.Ego uero mi Antoni libere dixerim hæc tua uerba uel nihil contra ipſum fa
ciunt quod ut clarius uideas eas ſigillatim recẽſebo. Ais primo ex ipſius uerbis ma
lum eſt nihil igit̃ non ẽ ſemiplena priuatio .Recte ambulas rurſus ægritudo mala
eſt igr̃ nihil eſt,non eſt igr̃ ſemiplena priuatio huc uſq; etiã ꝓbe ꝓgrederis qa ægri
tudo quatenus mala eatenus nihil rurſum ais eſt autẽ priuatio quædã ægritudo ñ
igr̃ ſanitas &c.uſq; in finẽ quibus uerbis falſum meo iudicio aſtruit̃ pace tua ſit di
ctum qđ oſtẽdere conabimur.Cæcitas.n.nõ ſolum perfecta uiſus priuatio ẽ ut ais
ſed ẽt boni pfecta priuatio dici poteſt quia totum illud bonũ aufert qđ nata ẽ au-
ferre.ſ.uiſum quod non facit ophtalmia licet ẽt illa bonum quod nata eſt adimere
perimat illius uero quod non eſt apta perimere nullatenus priuatio nũcupari poſſit
ſiue ſemiplenam ſiue plenã dicas priuatio.n.uel abſolute conſiderat̃.ſ.ut habitũ in
cõmuni reſpicit uel ut ad certũ & limitatũ entis genus reſtringit̃ puta ad ſanitatẽ
totius corporis ad oculum ad pulchritudinẽ & cætera id genus prio modo accepta
habitũ aliquẽ particularẽ non priuat quia priuatio omnimoda ut Dionyſius inquit
libro de diuinis noibus uiribus oio deficit̃ ſecũdo mõ ſumpta q̃ ſingularis a Diony
ſio appellat̃ diſtinguẽte eã contra uniuerſalẽ illũ quẽ reſpicit habitũ priuat, & hoc
modo huiuſmodi habitus cui.ſ.obeſſe nata eſt priuatio plena & non alterius ut ſe
miplena eſt.quis.n.dicere auderet cæcitatẽ eẽ ſemiplenam priuationẽ hominis uel
alterius boni qđ eẽt in hoie,priuatio igr̃ abſoluta habitum abſolute & ꝓpria & par
ticularis priuatio proprium & particularẽ habitũ reſpicit,& eius limites non exce-
dit.quapropter ægritudo plena priuatio ẽ nõ ſemiplena ſiue toti corpori eã aſcribas
ſiue pticulari mẽbro,febris.n.perfecta priuatio ẽ illius tẽperaturæ quam nata ẽ cor
rũpere ophtalmia ẽt & ſi non totius boni qđ in oculo ẽ tamẽ alicuius boni pfectã
& propria priuatio ẽ,qa totum illud bonum qđ nata ẽ perimere pimit quando pfe
ctam oculi ſanitatẽ uiſum uero non auferat & quatenꝰ ophtalmia nihil aliud faciat
Turpitudo ẽt quia totũ illud bonum quod põt auferre.ſ.pfectam partium compo
ſiturã quæ pulchritudo uocatur adimit perfecta priuatio eſt & ſic in reliquis cõ
ſidera hoc etiam ex ſuperhabundanti dixerimus cæcitas qua cæcitas malum,ẽ qua
malum nihil eſt qua nihil non ſemiplena priuatio quia ſi ſemiplena aliquid poſitiui
relinqueret quod non facit malum.Præterea nulla priuatio in ſe omne bonum pri
uat actu ergo omnes priuationes eſſent ſemiplene priuationes quod eſt contra te,
quia aliquas plenas aliquas ſemiplenas eſſe contendis connexio optima & neceſſa
ria & quod aſſumpſimus hoc probamus argumento cum nullum bonum unquam
inueniretur ſi totalis quædam & uniuerſalis priuatio in rerum natura comperiretur
ut paulo ante ex Dionyſii uerbis innuimus,malum enim priuat particurale bonũ
cum malum in bono ſit & uniuerſale malum uniuerſale bonum perimeret ſi tamẽ
inueniretur quod fieri non poteſt & ſic collige non ſemiplenas , ſed plenas ſemper
propriorum habituum priuationes reperiri.

Priuationem dupliciter conſiderari. Dionyſiꝰ

Decimæquartæ obiectioni q̃ plures quæſtiones continet ſigillatim reſpondeo, pri-
moq; non oẽ malum boni aliquid relinquere niſi in aliquo intelligas ſubiecto quod
malum ipm̃ non reſpiciat uel illud ſubiectum cuius habitus a malo ipſo pimitur ac-
cipias,nec illum oppoſitum habitui quod tamen ei imponis & pro hypoteſi aucu-
paris aſſeruiſſe,nam ille malum aliquod inueniri quod omne bonum ab eo natum
auferri tollat penitus habunde teſtatus eſt cum in epiſtolæ ſecundæ reſponſiõe te

Decimæ quartæ obiectionis ſolutio.

De hoc cõmouerit hunc in modum scribens hoc certe considerare debueras quod de imperfectis quibusdam malis ex ea quam adhuc retinent bonitatis admixtione conceditur ab ipsam immixta absolutamq; mali naturam non esse transferendum. & ut planius ueritatem percipias nõ pigebit explicare uim distinctionis malum bifariã cõsiderari potest absolute primo & sub propria ratione mali hoc est inquantũ nihil scdo in quantum cuiusdã boni priuatio est hoc est particular͂ malũ & hunc in modum malum acceptũ boni aliqd subiectum dũtaxat relinquit, qd nõ facit aliud malum qd' oio non ens est & nihil quale chymerã dicimus cũ subiectũ aliqđ aut habitũ non respiciat. & hac de causa oio malũ ab ipõ & absoluta impraq; mali natura uocitat͂, hoc inq̃ malum quod ut Dionysii i libro de diuinis noibus uerbis utar quia subiecto caret nullo modo nusq̃ & nihil existens est. Chymera uero & si potentia dici bona possit ob potentiam pducendi ipsã quæ in deo est, tñ nec ens, nec bonum denoiari potest. Si.n. hæc connexio scilicet aliquid potentia bonum est igitur bonum est uiriũ potes eẽt in auctorem illius ictus retorquens adduceret eum puta rem ut fateretur oia quæ a deo creati deberent non auté ui naturæ fieri & etiã quæ corrupta sunt aliquid eẽ & nõ eẽ aliquid. Nam si potentia creantis scd'm eum & essent & bona eẽnt, igĩ & necessario eẽnt aliquid, cũ aliqd & bõum cõuertant͂ parisq; sint ambitus oio. Quod uero aliquid esse non posset sic argumẽtabor ex nihilo aliquid fieri non potest anteq̃ creet͂ chymera secundum te nisi creet͂ esse non põt creatur igiͤ ex nihilo. igĩ priusq̃ crearet͂ ex nihilo non esset aliquid ob potentiam igĩ bonitatis quæ in creatore est res absolute bona denoiari non potest alioquin ut nr̃orum dialecticorum sermone utar fallatia secundum quid ad simpliciter committeretur Mitto ea consulto quæ afferantur contra opinionem illã de æternis ut ita loquar quidditatibus & potentia obiectiua & si illismet rationibus sententia tua infirmari forte posset, satisfit enim desiderio nostro si chymeram dici non posse bonam probauerimus adde q; & Auerroem in hac parte imitati dicere possum9 ens in potentia nõ esse ens qñ in commentariis in quartum methaphysices librum particione quinta decima dixerit id quod non ẽ actu nõ esse ens. Ad illud quod iungis. s. chymerã ob id ens eẽ quia licet illa potentia pducẽdi chymerã in deo sit nihilominus potẽtiam dei & chymeræ esse aliam & aliam rõne. Respõdeo prio negare me posse Dei potẽtiã & chymeræ pducendæ diuersas eẽ rõe. Secundo licet gratis tibi cõcederet͂ potentias. s. illas eẽ diuersas adhuc tua ratio qd pbaret: cum chymera ens nuncupari nequaq̃ possit ob potẽtiã se pducendi quæ in deo eẽt, cũ tñ absit potentiam illam nec chymerã nec aliquid intrinsecũ chimeræ enunciari posse, t etiam distent in infinitum. Addis præterea exclusa potentia dei & cogitatione nostra chymeram non esse malam cum malum priuatio sit quæ in subiecto participante bonitatẽ consistit cui responsum uelim eadem distinctione qua paulo ante cum chymera subiectum aliquod non respiciat sed absolute mala sit licet eam a nobis cõceptam. s. ipsam notionem chymeræ quam mente gerimus ut aliquid esse ita bonã chymeram uero ipsam nec aliquid esse nec bonam esse pronunciare possimus.

Præterea gestire uideris non improbatum quod attuleris soluq; simplicium id non dicere risum eẽ. Itẽ ais non dixisse te sentire Aristotelẽ omne oio ens uel per se uel per accidẽs eẽ, nec Thomæ aliquid propterea falsum adscripsisse. Verum & si tot ab illo quem defendimus hac de re dicta sint ut a me uerba fieri opus non uideatur

Malum bifariam accipi.

Dionysi9

Auerrois

Decimæ quitæ obiectionis solutio.

proposuerimq; semel ab eo quomodo discussa nō retractare hæc tñ ex supabūdāti pro patruo dixerim Simplicium.s.q a te sæpius i iudicium citatus ē cōtra te sæpius testimoniū tulisse q patruus nō semel in rñsionibus cōminiscit. Rursus scire uellē an defendendū susceperis non omne ens aut p accidens aut p se esse de mente Arist. Ille.n.qnto primæ philosophiæ libro secat illud ens in ens per se & p accidens demum in subām & accidēs secant,quæ priori partitionis membro cōtinebant cum illud p se in decem partiat gñra,quorum unum ē substantia reliqua accidentia uel lē ego a te nunc libentissime doceri quale nam eēt illud ens qd nec per se nec p accidens eēt;q si forte diceres diuisionē illam in ens per se & per accidēs assignationē esse complexi entis ut in primis obiectionibus prodidisti rñdere non dubitarem te id ostendere uere non posse,nec aut Aristotelis quapiā sententia nec ratione idonea tuam opionem fulcire cum eo loco Aristoteles ens per se iu decem partiatur gñra: quorum unum sit substantia & nouem accidentia quæ complexa entia fore nemo credit quando aduersum cōplexa distinguant eoq; loci Auerrois dicat ens p se diui di p dictiones significantes gñra prædicamentorum,dictio autem non ē cōplexum ens.Sexto quoq; metaphysicæ ide Auerois dicit primā entis diuisionem esse in p se & per accidens,prima autem esse non posset qñ eā diuisio cōplexi entis anteiret nec apud Thomam repit qnto metaphysicæ libro diuidi ens complexum ut asseruisti. Credi uero non pōt cum ens primo sit partitum ī ens p se & per accidēs.illudq; per se sit in decem genera subpartitum quæ incomplexa esse ostendimus,assignari eo lo ci diuisionem entis complexi qñ illud quod diuidit de diuidentibus membris prædicari necesse sit hæcq; ob id & si parum ad negocium pertineant dicta sint cū nec illud tuum dogma Aristotelicorum interpretum placitis ne rationi consentaneum primori fronte mihi uideatur.quod si forte contrarium probaueris, gratissimū erit a grauissimo philosopho qualem te profecto existimo didicisse non nihil.Cæterum dixit ille eatenus malum priuationem esse quatenus priuatio formaliter erat negatio cui aduersaris inquiens non constare aliam non esse affirmatiōis negationisq; oppositionem aliam priuationis & habitus,nec propterea si malum esset priuatio boni malū & nō bonū cōuerti necesse esse quibus responsum uelim aliam eē priuationis oppositionem aliā negatōis,nec illum oppositum protulisse,sed ꝓpterea etiānū seq & si malū bono priuatiue opponatur malū & nō bonū cōuerti necesse esse priuatio.n.ut magnus ait Albertus libro primo physicæ auscultationis in quantū priuatio de se uel p se nō est eo q de se habet nō esse,quinimo & ab Aristotele asseueratum ē in prima philosophia priuationes esse de genere nō entiū cū priuatio de se sit alterꝫ extremū cōtradictionis,& id o cū malū sit priuatio boni & conseq nō ens inquantū malū est malū ēt & non bonū conuertunt,malum.n.& nihil ut probatū est idē sunt nihil ēt & non ens idē non ens itē & non bonū idem qa ens & bonum idē,quapp rectissime dixit patruus negationem eatenus eē priuationē quaten9 priuatio formaliter esset negatio nam etsi differant in hoc q una earum scilicet contradictio medium non habet ut ait philosophus in libro primo analiticorū posteriorū alia uno mō habeat cum fiat simul cū opposito circa idē subiectū tñ qtum ad ꝓpositum attinet essent idem cū priuatio de se negatio sit & non ens nihilq; ponat quē admodum probat Thomas pluribus inlocis potissimum in tractatu de quattuor oppositis si uero non ens mala si mala non bona ex quibus corrogare potes

Decimæ sextæ obiectionis solutio.

Albertus Magnus

Thomas

malū & nō bonum olo cōuerti, & ne credas Illustres hoies defuisse qui hoc asserue
Aristoteles. rint, Audi Aristotelē dicētē bonū dici æqualiter enti, Adde igitur p locum a cōtradi
ctoriis malū non enti. Audi celebratissimū theologū Anselmū cāuarioꝝ archiepi
Anselm9 scopum libro de casu diaboli proferentē hæc uerba malū non est aliud q̄ nō bonū
ex quibus colligitur constātissime malum & non bonum se mutuo consequi.
Solutio obiectionū quæ decimoseptimo loco cōtinebantur. Nullæ decimoseptimo in loco inter te & ipsum controuersiæ fuissent si diligentius libellum ipm de ente & uno animaduertisses & quæcūq; in eo perscripta sunt cū de gradibus illis deq; ipsa caligine adquam contemplantibus perueniri datur mē tio sit ad memoriā reuocasses uidisses in illis tribus primis gradib9 posse de deo ali quid enunciari in quarto minime ibiq; fenestram intelligentiæ librorum Dionysii apertam qua cōmodissime poteras de hoc cōmoueri, nam nec negat ille nec negare
posset hanc loquutionē eē uerā deus ē deus eo mō quo nos possumus deum& con-
Dionysi9 cipere & enunciare uidelicet in illis primis tribus gradibus constituti sed tantū ne
gat ullum prædicatum dei naturam uere posse explicare in illo dūtaxat quarto gra
Philosophi theologi. du caliginis quod omnes etiam ut mittā theologos philosophi recte sentiētes astru erent cum uero hoc nomen deus qd' prædicati officium gerit in hac ꝓpositōe de9 est deus non modo diuinam essentiam & naturam non explicet & declaret sed & ab ipsa in infinitum superetur illud de deo affirmari posse negauit quartum illum gra
Quo ordie in hac obiectiōe dissoluenda procedēdū sit. dum caliginis attendens. Age ergo uerba ipsa examinemus quæ hominis mentem testabuntur postea nonnulla adducemus ut planius uideatur an deus & quomodo possit a nobis enunciari deinde ostendemus tuas argumentationes contra eius uer ba etiam ut iacent apprehēsa nihil concludere. Dixerat ille dici diuerse posse deus est deum item ex sententia Dionysii omni appellatione esse maiorem etiam appel- latione hac dei quēdmodum in libro de mystica theologia habebat dixerat alio in
loco cum p hanc dictionē deus id tm̄ cōcipis quod significatur p nom̄ dictionē hāc
non hre prædicati rationē sed subiecti quando id eēt de quo quæritur quidnam de
eo enunciari posset aut deberet non autē illud quod de alio enunciaretur, quare id
neq; Simonidi fuisse ignotum aut consulēti eum Tyranno cum itē quæreres si de9
dici deus non posset an eēt aliud a deo quærere a te quid conciperes per hāc dictio
nem deus quam de deo enunciares si nihil conciperes nihil errares, quia nihil dice-
res. Si aliquid conciperes dicer deum aliud eē ab eo quod tu conciperes & cōceptū
per hanc dictionē deus explicares, quoniam supra omne illud eēt quod a nobis cō-
cipi posset hæc ille. Credebam ego patere tibi ex uerbis iis uerissimam dubitationū
tuarum sup hac resolutionē, Tu uero contendis a Dionysio non negari deum esse
deum. lege oro Dionysium capite ultimo libri de mystica theologia & epistolā pri
Dionysi9 mam ad Caium & tibi palam fiet omni appellatione deum esse maiorē, lege item
eundē secundo capite cælestis hyerarchiæ& intelliges diuinū hominē nos edocere
diuinæ ueritatis similitudinē subiectam omnē uitamq; transcendere nullam hanc
exprimere lucē omnemq; sermonē omnem mentē atq; rationem absq; ulla compa-
ratione illius similitudine inferiorē ex quibus mentē patrui putarim te posse perpē
dere ut. s. eo modo dici uere nō possit deus est deus ut per hoc nomen deus uicem p̄
dicati gerens illud quod per substantiuum conamur concipere declaretur nōq aliquo modo posset dici deus est deus queādmodum dicitur deus ē bonus deus est sa
piens. & aliæ conceduntur prædicationes quibus sacri codices pleni sunt in quib9

quoquomō de deo aliqd enunciaẽ. Sed illius natura non explicaẽ cum ab illis con ceptibus distet in īfinitum, q̄ ēadmodum satis aperte quinto capite libri de ente & uno patruus ille meus edocuit qui super iis Dionysii uerbis quæ a Thoma adducū tur ueluti arbitrabaris loquutus non est sed sup iis quæ paulo ante sunt allata. Por ro Damascenus in primo libro sñiarum suæ theologiæ scribit eē quædam affirma tiue de deo dicta uirtutē supexcellētis negationis hñtia uerbi cā si tenebras in deo dicamus nō tenebras intelligimus sed lucē nō eē. uerum sup lucē lucēq; eē dicimus cū tenebræ absint q̄ sñiam doctissimus & deuotissim9 parisiop̄ cācellari9 ptractās Io. gersō inqt sic. Igr̄ qcqd de deo affirmatiue dicimus īcludit negationē aliquā & paulopost cancellarius parisien. ppea dicit Dionysium deum negaẽ eē ens sed sup ens eē affirmaẽ Deum eē sapiētē ait Egidius primo sñiarum libro sed non eo mō sapiētē quo nos ītelligim9 uñ dicit hanc eē cām cur Auerois. xii. metaphysicæ has q̄ deo attribuimus prædicatiões p Egidius positionibus mathematicis similes eē pnunciet quoꝝ more ea quæ intelligim9 sūt in rebus sed non eo modo quo intelligimus cū lineam quæ ē in materia non ea rōe q̄ ē in materia ītelligamus. Sed qd te multis moror cū uel paucis ueritatis huiusce quā asserimus te certiorē reddeẽ possum ut. s. cognoscas quicqd de deo prædicam9 longe aliud q̄ concipimus & enunciamus significaẽ. Ait ipsemet Iesus christus dei uirtus & dei sapiētia & ueritas teste Ioannis euangelio deus spiritus ē. Ait Dionysius libro de mystica theologia de deo uerba faciēs īeffabilē deitatem contemplans Christus multaq; illi prædicata quæ nos attribuim9 remouēs neq; spūs ē quantum scit ipe Dionysi. possumus. Vide igitur nolle Dionysium spiritum eo mō quo nos spiritum scit pos sumus de deo enuntiari p quæ ultima uerba legētes edoceẽ uerum for deum spūm eē ut christi euangelio cōsentiret & tamē nō eo mō spiritum esse quo nos spiritum intelligimus ne dei naturam a nobis p aliqd nomē exprimi uere posse crederemus.

Quanta uero sit Dionysii auctoritas quantum ipsius sacratissima dogmata ab om nibus theologis q parisiorum gymnasia coluerunt sint relata laudibus & celebrata licet putauerim te nō latuisse cū tū patruus in respōsiōibus obiectiōum tuarum i nuerit te inter disputandum Dionysii dicta nō magnopere libenter admisisse scias uelim fidissimū illū Pauli Apostoli in christi fide discipulū extitisse cuius ope deus eū uoluit relictis gentiliū erroribus ueritatē & agnoscere & seq & martyrii corōa p christi fide donari Gregorium de eius doctrina Martinumq; pōtificem in sinodo romæ contra hæreticos celebrata magnadixisse Damascenum aliosq; cōplures sū mis eum laudibus extulisse ab hæreticis eius libros occultatos lōgo tpe fidelium mētes latuisse uerbumq; fuisse. Constantini philosophi qui omnes eius libros me moriæ cōmendauerat, q, si a pluribus patrib9 qui cum hæreticis & sacrosanctæ ca Constantinus philosophus tholicæ ecclesiæ hostibus magna bella pugnarūt Dionysius habitus fuisset quam tocius eos & facilime (quod & tarde & magnis exanclatis laboribus postea ab eis dem factum est) de hostibus fuisse triumphum consequutos.

Cum uere pbare intēdis deū dici posse deū ob nois rōem quæ de noie prædicatur dico te frustra (mi Antoni) laborare nam non enuncias aliquid de deo sed de hoc nomine deus quod ut clarius intelligatur latius explicabo, nam quæram ego a te quid per aquam pro ratione nominis designasti concipias si nihil concipis nihil er ras (ut uerbis utar patrui) Si aliquid concipis quæro iterum si concipis tanquam id de quo aliquid possit enunciari. Si hoc modo summis etiam non erras quia

iterum illud.a.uicē subiecti non prædicati obtinebit si cōciperes illud quod de eo enunciatur longe aberrares tū in isinitum ipse deus maius sit oī eo q̄ potes cōcipe re quē etiānum Platonicus Apuleius in libro de platonis dogmate indictum appel lat & inofabilē ipsiusq; Platōis hac de re uerba sunt ab ipso apuleio latina facta De um quidē inuenisse haud facile ē intellexisse impossibile oēs itaq; de dīo affirmatio nes improprias eē dicamus qn̄ quodcūq; nō solū dicere sed & cōcipere uellemus il le in infinitum excedat qnetiam nō mō in hoc ignorationis & miseriæ terreno carce re retenti sed nec in ipsa dei fruitione qua perfecte beamur in cælis cōstituti cōpre hendere deum sed apprehendet tm̄ ut nr̄orū theologo℞ uerbis utar facultas nobis cōdonabitur. Præterea pugnare inuicē has ꝓpōnes credis.s.deus est supra id quod concipi pōt & aliqd de deo affirmari nō pōt,& ais sit nominis diffinitio supra id qđ concipi & argumentum militabit. Sed soluit cum enim dicitur affirmatões de deo adduci ꝓprias non posse intelligi datur prædicatum nō reperiri quod dei naturam itegre repræsentet hæc uero oratio.s.supra id quod cōcipi pōt nihil aliud significat q̄ deum cōcipi non posse & quid sit deus non posse sciri. Dicūt igitur hæc uerba nō solum quid sit deus,sed non posse sciri quid sit. Vim igr̄ negandi potiusq̄ affirman di obtinent. Sed licet ibidē ut affirment ob id tamen argumentum tuum nō milita bit alioquin de aliqua re nobis ignota quam quis scire cuperet ac de eius essentia nos peunctaret respondere sciscitanti possumus est id quod nescimus qđ non noui mus quod adhuc mente non concepimus nec concipere quimus nō uideret satisfa ctū petitōi illius:ut posset hoc dogmate percepto de re illa affirmatiue aliquid enū tiare sed negatiue nisi forte quis iueneret q̄ posset aliis intimare quid esset illa res quæ ut penitus hoib⁹ ignota supraq; captū cogitationū oīum foret ita nec a se ipo aut cognosci aut concipi posset & Simonides igr̄ & cōsuluēs eū Tyrānus nouerāt dei nomē maxium qd repræsentare & tm̄ unus eorum qd esset deus scire cupiebat alter se scire negauit. Præterea uteris tali cōnexione Deus est supra omne id qđ con cipi potest ergo deus concipi non potest,alioqn ipm supra seipsū foret nō igr̄ amari pōt nec coli rn̄deo deum a se ipso tm̄ sicuti est concipi integre posse & a nullo alio intellectu.nec ꝓpterea sequi non posse aut amari aut coli,concipimus.n.tantā esse deitatē oīpotentia præditā in isinitū creaturas oīpharia uirtute superātem ut eā ni si ex effectibus non possimus cōcipere.& hac admiratione excitati concalefactiq; i eius amorem exardescimus concipim⁹ effectus,& cum eē summū bonū & admi ramur & colim⁹ & amamus,nam cognitis his pfecte quæ fecit deus ut Themisti uerbis utar in admirationē cōmendationēq; sui oīu; aīos atq; ora conuertit, legim⁹ item nos ea quæ reuelata deitus sunt & gr̄a eius præditi fide concipimus id quod concipi ad plenum natura non possumus sup oīa dūtaxat illum nos amare oportet ut tādē fracto hui⁹ carnis enigmate possimus eum sicuti ē summo cum utriusq; ho minis gaudio quæ nostra ē fœlicitas contēplari. Rursus ad hoc ut aliqd diligamus non opus ē a nobis illud perfecte aut uideri aut cognosci aut concipi,sed satis est si eum eē uel eē tale licet confuse & subobscure sciamus & hoc uel ex fide uel ex effe ctibus itaq; uel modica cognitione præuia qualiscunq; ea sit nobis est satis ad talē rem amādā possumus.n.quamlibet rem diligere nisi penitus eius cognitione carea mu⁹ ex his.n.quæ nouit aīus discit ignota amare ut ait Gregori⁹. Thomas quoq; in prima secundae probat aliquid posse perfecte amare,& si perfecte non cogno-

Simonides.

Themistius.

ficatur & exemplum de deo inter alia proponit.
Postremo ais tantã esse auri potentiã putasse patruũ ut uellemus nollemus uel re uel aĩo ex necessitate deũ secũ traheret. Sed nõ tãtã eẽ auri potẽtiã mi Antoni sed impotentiã opinatũ nõ mõ sed certiorẽ factũ cũ crediderim ut nec ipsum aut esse aut itelligi posset aurũ semoto deo, Et q̃q̃ te ad Ioãnẽ de bachone relegare possem cuius in dissolutiõe qntæ obiectiõis mentionẽ habuimus tã & si qñ tu patrui argumenta recensens qbus astruerat deũ nõ eẽ & aurũ eẽ pugnare inuicẽ nihil rñdere uelle dixisti ne calligare uidereris in re luce clariori mõstrare cõsiliũ est (etiam fortasse te iudice) fuisse opæ preciũ ut ea dissoluẽda susceides si ualuisses, sin minime applicare saltẽ manus opi uel fateri igenue eius assertiões ueras fuisse. Argumenta patrui hæc sunt quæ mox declarabo fieri nõ põt ut aliqd sit si nõ sit ipsum eẽ, deus aũt est ipsum eẽ fieri. igit̃ nõ põt ut aurũ sit si deus nõ sit præterea si deus nõ ẽ igit̃ infinitũ est, si infinitũ est nihil est qm̃ si infinitũ est finitũ non est, qm̃ infinitum seipsum pimit, queadmodũ & alia quæ cõtradictionẽ claudunt. si nihil est aurum nõ est. fieri nõ põt ut aliqd sit si nõ sit ipsum esse deus aũt &c. Cũ ipsum esse qd' deus est (ut nemo diffitet̃) non sit cui9 participatu non mõ oĩa sunt quæ sunt. Sed & ab eo dependent & momẽtis oĩbus conseruant̃ non modo ut oẽs theologi præsertim Thomas copiosissime docẽt. sed etiã ut a Platone in timæo asseueratũ est impossibile est aurũ esse q ipsius esse grã ipsiusq participatione existit, pręterea si deus nõ est igitur infinitũ est. entia oĩa præter deũ finita sunt certisq terminis cõtẽta, hãcq quam habent limitatam naturam dei opere & gratia habere possidereq haud dubium ẽ, quaobrẽ Platonẽ aiũt eius sectatores deũ in philebo terminũ uocasse quia formis quasi mensuris passim distributis oĩa terminaret, Sed & ait sapientiæ liber oĩa in pondere numero & mẽsura ab eo constituta. Si igitur deus non sit cuius causa oĩa entia sunt finita, nihil erit finitũ igitur infinitũ. Si infinitũ est nihil est qm̃ si infinitum est finitum non est quoniã infinitũ seipsum perimit queadmodum & alia quæ cõtradictionẽ claudũt. cũ probatũ sit nnũ aliqd' esse a quo cuncta esse accipiũnt & esse finitũ eo semoto nihil est nihilq finitũ. si enim infinitum est hoc est nõ terminatũ finitũq ab illo prĩo cuius opẽ & sunt & finiunt̃ cuncta terminanturq. Sequit̃ infinitũ non eẽ, Icirco infinitũ seipsum pimit. cũ nihil aliud sit dictu infinitum esse eo scilicet mõ quo acceptũ est q̃ nihil esse nã si nec finitũ sit nec deus, extra cotrouersiã est nihil omnino esse. Hæc sunt Antoni quæ pro patrui aperienda sñia protuli quæ forte & alia continet dogmata, non. n. oium est asseq quæ ille conceperat. sed q & alios etiã sub uerboꝝ cortice latuisse sensus existimem illius me hæc uerba mouent qbus responsionẽ terminauit. hæc. s. satis credo esse tibi homini q̃tũuis ingenioso sed in accessa deferamus & teneamus quæ iterpretis officio fungendo scripsimus quæ cũ satisfaciant meã quoq claudent rñsionẽ adductis prius q busdã quæ & patrui sñiam roborant & meã in eius uerba quã ante protulimus interpretationẽ cõfirmant pariter atq elucidant. Nam deficiente primo necesse ẽ oĩa illa quæ ab eo pdeunt interire, ut ex Aristotelis octauo physicæ auscultationis libro colligitur. Deus aũt teste eodẽ philosopho est primũ uerum a quo sunt oĩa alia uera ergo sublato deo oĩa uera perire necessariũ est, sed si uera tendunt in nihilum enti i' pariter ab interitu non uindicantur cum æquali ambitu commeent.
Icẽ a immoto illo q reb9 & eẽ cõicat & uiuere qs picturas easmet res oĩno nõ uideat.

Vltime obiectionis solutio.

Io. de bachone.

Thomas theologi

Plato.

Plato.

Liber sapientiæ

Rões ad ppositũ oñdendũ Aristote.

deũ ãt id reb9 ip ſis condonare ſnīa ẽ Ariſtotelis.i.libro de cælo q addit ẽt qbuſdã
Ariſtote. clarius qbuſdã obſcuri9 eẽ illud coicari. Præterea qcqd regit ab arte primæ cauſæ pereunte illa ꝓcũbit. Totã uero hãc machinã a prima gubernari regiq; eã teſtatur
Auerois Auerois in.ii.primæ phiæ libro ſub q̃ & au ꝑ cõtineri cõprehẽdiq; nemo põt ambigere. Plura alia poſſem in mediũ afferre ex ſacris codicib9 ut multa de ipſo euangelio multa ex apoſtoli Pauli ſacratiſſimis dogmatis plurima ex aliis ut ex Gregorio
Grego. q cuncta dixit in nihilũ decidere niſi ab oipotẽt ꝯdeo cõſeruarent. Ab Auguſtino ſu
Auguſti. per Geneſim & ex.S.Tho.& a Io.ſcoto in tractatu de prio principio quæ tñ cõſul
Thomas to prætereo qñ ꝓbaſſe id naturalib9 rõnib9 quas expoſcere oino uidebans philo
Io. ſcotus ſophorumq; gentiliũ documẽtis ſat ſit, qd tu ꝓbari poſſe ab eo nequaq̃ credidiſti. His igit oib9 quæ præfati ſumus putauerim bonis ingeniis extra cõtrouerſiã futurum oẽs patrui opiones ſatis fuiſſe defenſas ẽt fortaſſe te iudice. hæc tñ ſcripſimus nõ ut tecũ cõfligeremus. ſcripſimus etiã inuite qd & Ioãnes mainardus noſter &
Ioã.mainardus Chriſtophorus ſaxolus Mirãdulanus ciuis nr̃ & medic9 atq; tuus olim auditor te ſtari poſſent ſcripſim9 quoq; citra odiũ cuius tibi argumẽtũ maximũ eſſe põt cũ ſi
Chriſtophorus ſaxolus. qd honori tuo uel aliq̃ ex pte detrahens thartis traditũ iudicaueris tuo illud arbitratu priuſq̃ ad alioꝝ manus rñſio pueniat diſpũcturus dempturuſq; ſim, & quidẽ plubẽter cũ te ut hoiem diligant ut phũm obſeruẽ ut chriſtianũ colã qd ſi mei erga te animi pículũ facere collibuerit uerbis facta præpõderaſſe pcipies.

FINIS.

Illuſtri principi ac dño ſuo ſingulari comiti Io.frãciſco Anto.fauentinus S pl. Legi miſſas ad me in patrui tui ſcripta defenſiões, in quibus magnã reꝝ doctrinã & admirabilẽ ingenii ſolertiã plane deprehendi, ſumq; ĩuẽtionib9 tuis mirifice oblectat9 nõ ſolũ ꝓpterea q uideo bonas artes tutores optios ac prõnos aliqñ hituras, qb9 a tenebris a barbarie uindicent, ucꝝ ẽt eo magis q de te ſi philoſophari pgas neſcio qd magnũ ac grãde mihi facile polliceor, uidebit poſteritas me mihi mẽtitũ ſi uixeris, de9 mõ uitã longiorẽ præſtet qd ad me attinet eqdẽ nõ iprobabo, quæ in patrui defenſionẽ ſubtiliter qdẽ & acute ſcripſiſti, neq;.n,ſi patru9 uixiſſet diſputationẽ iã cœptã magis ultra ptraxiſſem queẽadmodũ in poſtrema oppoſitiõe mea ſum illi plane teſtatus, q per internũciũ rñdit ſe quoq; nihil ãplí9 ſcripturũ, cauſæ igi iudices ſunto q legerint, Q d ſi ea quæ ꝓbe meditatus es impreſſorib9 dãda cenſuiſti ſaluo ac itegro amici honore id fiat, queẽadmodũ ꝓmiſiſti. Sũt qdẽ nõnulla in libello uerba, quæ aliquid hñt aculei nec oio paꝝ, a qb9 facile potes tẽpare ſi uelis ſenſu reꝝ nihil imutato, Q d ſi feceris ut ſpero nõ erit ingratum, Cauſam meam uideor mihi ſatis abũdeq; tutatus & in dies facile tutari potuiſſe, Sed diſputationi modus iam eſto. Cæteru; Comes illuſtris putes uelim me tuum eſſe ac ſemper fore, quo uti poſſis arbitratu tuo bene uale ex Ferraria die.xvi, decembris. M.cccclxxxv.

Ioannes frãciſcus Picus Mirãdula Antonio fauẽtino philoſopho inſigni. S.P. Satiſ factũ eſt abunde tuis uotis. Satiſ factũ pollicitatiõibus erga te meis, quom uerba cũcta, quæ uel aliquid aculei geſtare uidebantur de dictatis nr̃is ademerim. Parcendũ eſt impetui animi, ſicubi

forte acrius actũ est q̃ oportuit, Condonandũ est aliqd iustæ defensioni, & eo magis cõdonãdũ quando cõmune fere uitium eoꝝ sit qui cõmentationibus suis uel accusant aliquem uel se ipsos aut amicos excusant illos ad quos scribũt insectari maledictis, calũniis petere, ꝓbris lacessere, atq; id genus cætera ꝑpetrare ab officio boni hominis aliena, a quibus nos (testem te cito & iudicẽ cõstituo) oĩno abstinuimus deceq; summum aut circiter uerba nõ nihil aculeata tuo nutu (saluis tamen sententiis) amouimus, neq; aliud cõsiliũ elucubrandæ cõmẽtaciunculæ credas uelim, q̃ ut sine tui offensa Picũ patruũ defenderemus, qnĩmo maluissem sæpius nihil inter uos disceptatũ fuisse, ut præclusus mihi scribendi hac de re fuisset aditus omnisq; occasio sublata. Non.n.põt uel q̃ difficillime põt litteraꝝ negocium agi in altercatione positũ omni inter scribẽdũ pręstito honore illis ad quos uerba fiunt alioquin debito, Adde q; uix sine quodã animi tumore, qui magnoꝑe uitandus est, id muneris obit. Q d' uero de causæ tuæ tutela dicis hoc ipsum de nr̃a dicimus. Sed hactenus de cõtrouersia, sunto (ut recte scripsisti) qui legerint iudices mõ hi docti sint, & neutræ parti affecti aut si amore cuiuspiã nostrũ teneant ardẽtius adminus oculis eoꝝ præstigiũ amor nõ faciat, Cæteꝝ multũ mihi tribuis uel paꝝ merenti, magnaq; de me tibi ꝓmittis si mõ pergã philosophari. Sed uereor mi Antoni ne ab hoc philosophiæ studio de quo mentionẽ facis oĩno tẽperẽ aut forte desistam, dicã tibi de hac re qd sentio afferri.n. nobis hoc negociũ nimis affectãtibus multum nocumẽti parũ emolumẽti. Non hoc ideo dico ut damnẽ ut uituperem ueritates plurimas aut saltẽ similitudines ueri, quaꝝ noticiã philosophãdo comparamus nobis, Sed cõem usum aut (ut significãtius dixerim) abusum culpo: quem nisi uitare magnoꝑe nixi fuerimus assidueq; & summa cũ diligentia cogitatus nr̃os examinauerimus, Christiani animi uenenũ cor irrepit ambitio, quæ postmodũ morriferam pariat supbiã. unde plerũq; fit ut huius sapientiæ in qua quotidie uersamur amatores sapiẽtiã illã quæ genita est sed æterna a quo oĩs hæc fluxa & temporaria deriuata est omnino posthabeãt tumidi & elati caduca gloria. Sed uideamus oro unde aĩo efferamur, unde nos ipsos estimamus nimis, Nã quãtula nr̃a cognitio cum minimã naturaliũ reꝝ scientiã teneamus, & illa ipsa quæ ignoramus quom multa tum maxima uel tacite clament in uanũ.s.& falso nos ipsos doctos aut ꝓfiteri aut existimare, Posset ꝑculdubio uel rudis homo & parũ peritus uel oĩno nescius litterarũ agricola ꝑcunctari plurima etiam sub aspectum sub oculos posita, de quibus phũs alioquin maximus reddere certã rationẽ nequiret. In percipiendis uero substantiis ipsis a materia sensili prorsus abiunctis quousq; cognitione procedimus, quas lipiẽtibus duntaxat & noctuinis mentis oculis cernimus? Sed qd de diuinis sumus dicturi ad quæ nõ tm̃ cognoscenda, sed etiã uestiganda anhelantes & anxii cecutientes & caligantes obtutus densissimis pene nubibus obtectos dirigimus, Porro hãc nostrã rerũ notitiã non ne aut a libris aut a præceptore percepimus? gloriari ergo quid opus est. didicisse nos aliena meditata hausisse quasi ab narrante historiã: Sed historiam naturæ, uerum p diuersa studia in amarulentis altercationibus positã uariasq; per opiniones agitatam atq; ob id incertã: Q uod ex ipso nomine opinionis ꝓditur apertissime: Si quid uero a nobis ipsis paulul um noticiæ nanciscimur, qd quęso aliud est q̃ incertũ quoddã subuolutũ mille inuolucris mille perplexũ fallaciis? hoc negocium ueluti his qui hæc studia uehementius q̃ oportunum est magni-

faciunt succensus,insectarer nisi hanc materiã speciatim longa quæstione tractauissem peculiariq; libello dedicassem.His ideo de causis me conuertere statui ad eos euoluendos libros quorum propositiones prosata sunt & dignitates quorum cõclusiones & inerrabili syllogismo colliguntur.& mentem defæcatã(si tñ id curauerimus)reddunt.Sed esto iam finis cõflictus litterarii & iam iam epistolæ.Sed uide q̃ dispar effectus fuerit & nostræ & alioꝝ controuersiæ,finita disceptatione uel uoce uel scriptis agitata,Sæpenumero inter eos animos qui discordes fuere exercentur odia simultates,machinantur frauduléta bella,detractiones honoris & famæ hinc inde scaturiunt.Tu uero & Picus noster eratis ante disputationem cõpatres hoc est spiritali astricti nodo,Nihilominus ob hoc pristina nõ est animorum cõcordia dissoluta.Ego autẽ ne tibi dum patruus uiueret,nec tu mihi nisi nomine notus eras,fecit hæc defensio ut inter nos ictum sit quoddam fœdus amicitię,quod ut stabile sit dum uicturi sumus curato,utq; recte pieq; uiuendo post hanc mortem quã expectamus perseueret æternum da operam qua ratione potes,id ipsum quoq; enitar factitare,Interim quo te amore prosequar experiri non pigeat Cumulatius forte sum præstiturus quod postulaueris q̃ in calce defensiõis spospondenim.Nihil.n. tam arduum quod tui(grauissimi profecto philosophi)propensius demerendi causa facturus non sim.Ex arce Miran.iiii.Ian.Mcccclxxxxvi.

Argumentum Ioan.Francisci Pici Mirandulæ &c. in orationem & epistolas Ioannis Pici patrui &c.

a Cipe lector & has Ioannis Pici Mirandulæ lucubrationes leuioris curæ opa,quas forte nec ipse uiuens inuulgasset,nec nos nisi celebratoꝝ hominum crebris adhortamentis excitat.Leges primũ orationem elegantissimã iuuenili quidem alacritate dictatã sed a doctioribus prędo ctrinæ & eloquentiæ fastigio sæpius admiratam,nec te moueat si plurima in eius calce conuisuntur quæ & in apologiæ sunt inserta procemio quando illud foras publicauerit hanc domi semper tenuerit,nec nisi amicis cõmunem fecerit,uidebis pleraq; antiquorum dogmata abstrusa prius in ænigmatis & fabularum inuolucris ingeniosissime referata,conatumq; illum & robore & delinimentis oratoriis ostendere q̃ priscorum sapientum poetica theologia nostræ theologiæ Mysteriis ancillaretur,atq; utriusq; nodis quibusdam enodatis ad litterarias palæstras homines inuitare,in his enim per id tempus frequentissimus fuit,quas postea quasi grauioꝝ studiorum præludia ludicrasq; pugnas derelinquens,ad ea quæ iam emisimus,quæq; sumus in posterum emissuri emolienda conuertit animum,leges & nonnullas epistolas(omnes enim collegisse laboriosissimum)alias familiares tum per ætatem teneram tum prouectiorem scriptitatas alias postquam totum pectus deo dicauit sanctissimis refertas monitis exaratas,illas & doctrinam & eloquentiam olere copiosissime deprehendes,has & utrunq; affatim sapere & christi amorem pręter hęc uberrime spirare percipies,

ORATIO IOANNIS PICI MIRAN. CONCORDIAE COMITIS.

LEgi Patres Colendissimi in Arabũ monumẽtis iterrogatum Abda Abdala
lam sarracenũ, qđ in hac q̃si Mũdana scæna, admirandum maxime a rraceng
Rouocatus sum abs te in amore grādibꝰ blādimētis paulo ante suauissi mo heptapli munere.Dein proximis hūanissimis & elegātissimis litteris tuis,utrūqꝫ per se satis esse potuit ad oēs amicitiæ numeros cōplectēdos. Accessit eodē feraticus noster in litteris & moribus tam probus,q̄ elegās, cuius ēt cā te nō sūmopere amare nō debeo,ex quo quantū humanitati tuæ debeam,malo mihi cōsciꝰ eē,q̄ ad te scribere.Pici erga me beniuolētia iā ante perspecta uel i fi-

de testimonii tui gratiorem apud me iudicaturá mereť. Scio quáti facere debeam amari & laudari ab eo hoie i quo doctriaꝝ & moꝝ præcia cum sũma æui nři gloria cõsenserũt. Illi9 Heptaplũ admirari magis q̃ iudicare cõuenit. Id scribẽdi gen9 me mire delectat, ꝙ nõ aliũde uberiorẽ segetẽ uideo & doctrinæ & eruditionis q̃ ex sacris litteris. Sed ea audacia fœlix ẽ in paucissimis Iter quos pic9 meus. illũ quantũ potes meo noie saluere iube, uel hoc ipso mihi maxime car9 sum, ꝙ eũ uehementer amo. Tu Saluiate mi tñ tibi de me polliceberis, quãtũ præstari conuenit ab hoie amicissimo, & beniuolentissimo. Vale Mediolãi die. xxv. Octobris. Mcccclxxxix.

Baptista guarinus doctissimo principi Ioanni Pico Mirandulæ. S.

P Ictonus nř suo sibi celeriusculo gradu ꝓximis dieb9 tuũ ad me munuscu lũ attulit, hui quid dixi munusculũ ob numerum chartaꝝ: munus potius maximũ ob latã multiplicẽq; scietiam, & facũdiã libelli tui, de quo q d attinet a me multa scribi cũ oĩum sentẽtiis, q̃ sunt ĩ iudiciũ albo iã sit assequutus. ut nec laudatiõe crescat, nec uituperatiõe minuať. finiã uno uerbo ex tuo (quando ita uis) præceptoř factus sum tibi discipulus. Itaq; caue alio post hac nomie me appel lassis. per nostri auditorii halcedõia plegi oĩa, relegiq; addidici multa, didici pleraq; ego antea tam te amabam q̃ qui maxime. Nunc de hoc munere te plus etiam hoc ẽ supra, uires amo, & ingenium suspicio tuum Ita fac mi pice. perge his monumentis cum de reliquis litteratis, tum de sacræ philosophiæ studiosis quæ uera est germanaq; philosophia existimanda, bene mereri teq; eripere morsibus edacis æui, scito ãt expectari a te maxima, ut ab eo in quo excultam humanitatis elegantiam cu; recõditiore q̃ ferant hæc tempora philosophia coniunctam intelligãt oẽs. Si quid istic ẽ boni libelli quod meoꝝ studioꝝ interesse arbitreris, meũ quoq; animũ eo cibo participa, Nosti hui9 urbis librariã inopiã. nosti & meum stomachum iuuant noua magna tamen νεωτεραλια auiditatẽ exaturãt, tenes quę sint. Intelligẽti pauca. Magno Laurẽtio medici, si ulla dabiť occasiuncula, qď absq; molestia tua fiat, me cõmẽdes rogo. hois. n. ĩ tanta fortuna & doctrina admiror & uirtutem tacitus ueneror. Vale decus musarũ. Ferra. Kal. Nouẽbris. Mcccclxxxix.

Christophorus landinus Roberto Saluiato. S.

Vã gratũ q̃q; iucundũ præclarissimũ mihi tuũ munus fuerit, ne altera quidẽ iliade satis pro rei magnitudie exprimere posse confidã. Q uid. n. aut a te tum liberalissimo hoie, tum doctissimo uiro cõueniẽtius proficisci, aut ad me litteraꝝ cupidissimũ expectatius afferri potuit, q̃ pici nostri uiri in oib9 lřis ac doctrinis nostra ætate facile principis exacta illa in moseos genesim heptaplus, mirifice cõscripta. nã cũ apud ĩfinitos pene hebræos, plurimos arabas, græcosq; ac latinos nõ paucos docte, distincte, eloquẽterq; eam rẽ ita tractatã uideamus, ut ne uerbũ qdem addi posse crederẽ, ipse tñ nouo pene argumẽto, uniuersam rẽ exordiẽs atq; isolita eodẽ uia perueniẽs, quę tritissima iã & apud oẽs uulgata uiderentur, ita descripsit, ut ẽt qdoctissimi sunt ueluti noua atq; inaudita admirenť. Q uãobrem me q nunq̃ ethruriæ fines hactenus egressus sum per oẽs terraꝝ regiones atq; tractus nullo equo delatũ, nullis iumẽtis ꝑuectũ, si ꝑpetuo rõnis suæ uehiculo allectũ nullo negocio ꝑuexerit, ac deinceps cõtinẽte relicto nõ arioneis delphinis, ne dicã humanis nauigiis, ꝑ omnia maria sua enarratione ueluti neptũnio curru uectatũ ꝑduxerit. hæc profecto magna omnibus atq; incredibilia uideri possunt. Verum alia

sunt maiora atq; maiori admiratione digna. Nam ab aquis elatus, nescio an olori-nis, pennis, ad dedaleis pegaseisq; alis, per omnem aerem, per omnē æthera, ad summū usq; corruptibiliū rerū culmē, non ducēte mō illo, sed subuehēte pueni. stupore extremo res profecto digna ē, mūdū hūc īferiorē atq; elemētalē pagrasse. Sed longe maiore ad cælestē peruenisse, lunæq; orbē primū mercuriiq; deinceps, ac Veneris penetrasse, solis radios uidisse, Martis ardores sensisse, ac postremo & Iouis salutares, & Saturni graues radios cognouisse. Tū postremo octauā illā sperā ardētibus stellis refulgētē, hosq; oēs cælos non simplici uniformiq;, sed triplici triformiq; motu rotari aīaduertisse, quæ tñ oia in sensus nostros quis cadere ignorat? Tertium autē mūdū idē ita prouolandū mihi dedit ut consophitis oibus sensib9 (hi enim huiusce modi īspectioni obsunt potius q̄ psint) sola mente, sola enim ea hæc tanta spacia pagrantur & cōspexissem pfecto, & pspexissē. Sed illius acies ueluti noctua ad solis radios occutiēs tm̄ splēdorē substinere non potuit. Quapp qcqd in huiusmodi peregrinatione seu ut uerius loquar in patriā reditu uel me latuit, uel oculos nostros effugit, non index ipse, si is cui indicabat in culpa facile deprehendit. Nam Ioannis Pici Mirandulæ diuinum īgeniū omnia demōstratura se & recipit & præstat. Quid igitur mi Roberte est, q ego tibi debere non fatear, tanto munere a te ditatus, quod quidē ego q̄ primum gustare cœpi, tanta semel auiditas excitata est in me, tantusq; ex pabuli suauitate epulandi amor, ut omnis moræ impatiens, nihil malis mandendum mandauerim, sed uelut auditissimus iuuēcus cuncta solida deuorauerim. Verum cum cōtinuata lectione rem uniuersam peregissem eiusdem pecudis more congestans in stomachum, ad os reuocans diligētius ruminassem, tunc uero mira apparuit suauitas, tunc qualis nunq̄ stupor incessit. At dices, non ne antea hominis doctrinā admirabaris? admirabar quidē ita illū in oibus disciplinis uersari, ut in singulis tñ excellere uideret. Nullus eū in physicis nullus in mathematicis disputātē locus fugiebat ī metaphysicis uero & ī oī theologiæ gñe, siue eā qras, quæ a Mercurio excitata, & a Pla. cōsumata ē, siue nīam atq; christianā oium excellētissimam, atq; uerissimā, nihil nīa hæc secula, & aliquot ēt superiora illo eruditi9 uiderunt. Sed ne forte putes (quo uitio pleriq; nostrū elaborarūt) ipsū a sapientia eloquētiā sciunxisse, nō ne & grauissime & copiosissime, prætereaq; ornatissime oia describit, ut priscis illis oratoribus iure suo optimo admisceri iam pōt. hæc igitur ita de illo hactenus admirabar ut nihil hmōi adinuentioni addi iā posse putarē. Verum sua heptaplo plecta admirari iam cepi q illa superiora admirarer. Quapp neq; temere, neq; forte quadā, sed deo ita iubēte, euenisse crediderim, ut diuin9 hic uir tribus his nominibus īsignis euaserit. Ioānes eni siue dnigra, siue in quo ē gra, siue cui donatio a deo facta ē, interpretatur. Quis nō uideat nō potuisse eū quā assequutus est doctrinam sine præcipua maximaq; dei gratia assequi? In pico autem eam rostri duritiē scimus esse id capius robur, ut nullum neq; tam osseum (ut ita dixerim) neq; tam lapideum lignum inuenias, quod hæc auis non perforet, atq; in eo latebram quo se se recipiat, nidumq; congerat artificiose excauet. Eodem ergo modo nihil ex omnibus disciplinis humano ingenio tam difficile cognitu est, quin ipse eius quæq; durissima tundens penetrauerit, nidificauerit, pullos excuderit, atq; produxerit. Cum uero omnia in eo uiro miranda sint, quis non Mirandulam eum appellandum duxerit. Quam ob rem ut tibi qui illi9 familiaritate assiduo utaris gratulor, sic mihi

doleo,mihi inq̃,qui in hoc me infœlicem putẽ,cui propter multas necessariasq; occupationes meas illi quod ardentissime cupio noctes diesq; adhærere non liceat. Si enim liceret,a latere nõ dico senis sed iuuenis nunq̃ discederẽ eius dico iuuenis in quo oĩs sapientia,oĩs doctrina senilis,canaq; est. Tu autem:cui longe maius ocium fortuna obtulit,natura autẽ ingeniũ excellens tribuit qđ tamẽ deinceps diuturna tua ĩ omnibus bonis artibus exercitatio usuſq; frequẽs auxit atq; expoliuit fruere hoc tibi cælit⁹ delapso bono.hauri ex hoc uberrimo fonte,uel poti⁹ imẽso occeano, atq; tantũ hauri,quãtum non solũ ad præsentẽ,uerũ & ad futurã omnem sitim sedã dã satis eẽ põt.Reputa ergo te,cõputa,dispůta tecũ q̃ paucissimis mortalibus tantum boni unq̃ euenerit.Gloriaṫ Alexander ille magnus in Aristotelis tanti phĩ tẽpora icidisse.At tibi Aristoteli Platoniq; simul familiariter cõuixisse fœlicissima tua sorte datũ ẽ,atq; ita Aristoteli atq; Platoni,ut ĩ illis ꝑter ueterẽ academicoꝝ pipatheticorũq; doctrinã, Paulos nr̃os Ioannes Dionysius, Augustinos, Hieronymos, Thomas,reliquaq; huiuscemodi lumina relucere uideamus. Quamobrẽ ex his rebus collige quantum uel te ipsum,uel ex hoc amare debeas optime Roberte,cui & ipsa fortuna obtulerit & tu tua prudẽtia profeceris ut hic uiro & familiarẽ apprime reddideris. Vale.x.kalẽ.Decembris.

Alexander Cortesius Pico suo.S.

Go in tota uita nullã maiorẽ cœpi uoluptatẽ q̃ nup ex litteris tuis,& q̃q̃ summa oĩa de te crediderã,uicisti tamen(fateor)opinionẽ meam,atq; ita uicisti ut iam gloriæ tuæ etsi longe lateq; diffusa est,angustos tñ termios putem.Loquamur aptius & procul ab assentatione a qua Illustres animi semp abhorruere,Quid in te ẽ nõ egregium?Quid nõ admiratiõe dignũ: Singula possent quẽq; honestare quæ in te oĩa pariter sunt collata.oibus(ut ita dicam)unus oẽs ueneres subripuisti.Et q̃q̃ maiores tui eo accesserunt,quo nõ nisi a se geniti facile peruenirẽt,Tu tamẽ tantus euasisti,ut maiorẽ illis reddere,q̃ accepisti gratiã uideare. Et auctoritatẽ quidẽ reliquis senectus affert,tuã uero dignitatẽ iuuenta extollit & quã alii tpe,tu inuicta uirtute supasti.Meo qđẽ iudicio extra oẽm ingenii aleam positus es,ac te ut græcas ꝑquiram laudationes,cui merito conferã non inuenio,& ad summam parẽ tibi aliquẽ q̃nq; fuisse opinari licet,uidere aũt hoc tẽpore non licet. Dent ueniã ingeniosi oẽs multum ab uno Pico oẽs superantur.Quẽ ita naturæ benignitas fouit,ut ipsi quoq; uirũ uideri debeat tantam in unum laudum cũctarum copiam eẽ consertam.Quid erubescis:an me falsum putas:equidẽ cedam si amori tribueris qui cæcus pingitur.Sed testes habeo Politiano meo,qui in me solo decipitur,locupletiores & si ille indies ut audio non minores auget auri diuitias q̃ orationis,eoq; illi gratulor æque ac gratias ago utinam possideat copiæ cornu,postq̃ neq; ĩmemor ẽ hospitis neq; ueteris amicitiæ nr̃æ.De puccio ãt hoium amãtissimo alias,Quis illi nõ se debere cupiat,sed diuti⁹ remoror altiorib⁹ studiis incũbentẽ, Et marsiliũ ficinũ philosophorum ætatis nostræ principẽ ridere uideo has nugas: Quid ni rideat:qui mortalia oĩa nõ min⁹ pẽsat q̃ despicit.O q me in uestrã academiã sistat & ingẽti ramorum cõtegat umbra.Præsertim q̃ cælũ hoc mars solus habet,non ullus aratro dignus honos,squallẽt abductis arua colonis.& curuæ rigidũ falces uertũtur ĩ ensẽ.Sed cõtẽti sum⁹ hoc catone. Tu iterim collige ex his q̃qliis amoris mei fructũ,nec paruifeceris amari a me sed uicẽ redde. Desideriũ.n. tui le-

nire potest spes hæc cũ credula mutui in qua totus conquiescã. Sis felix latinæ pr
ceps iuuẽtutis, & memor mei uiue. vii. Kalẽ. Ianua. Ex gradulis uelocius q̃ asparagi
coquãtur, De panagyrica epistola ad Laurẽtiũ medicẽ qd sentiã, scribã cum licue-
rit, cũ Romæ fuero. dedidici pene litteras tanto in secessu ut uides & nisi tecũ con-
trahendæ cõfirmandæq; beniuolentiæ studiũ cogeret nõ usq; adeo humanitate ac
lenitate tua abuteret. Nunc boni consule. Item ερρωσο meum mel. Vale iterum.

Hieronymus donatus Io Pico suo. S.

Væ meæ ptes eẽ debuerant eas oẽs tibi sumpsisti Pice doctissime, te ipm
apud me negligentiæ insimulãs, & in eo crimine cuius ego apud te maxi-
me reus sum, excusationẽ quærẽs, parũ tibi uidet̃ alios ingenio & erudi-
tione præcellere, nisi modestia quoq; & humanitate uincas, non solum alios sed te
ipsũ. At uero obsecro har̃ uirtutũ munera ita amplectaris, ut nobis quoq; aliquam
obeundi quoq; officii nostri occasionẽ relinquas, ne dũ harũ oẽs tibi partes uẽdicas
nos inhũani atq; inciuiles habeamur. Qua ego in re, quæ mea ẽ ipudentia, iã nõ ex
cuso negligentiã meã, sed accuso humanitatẽ tuã. q scribis te nõ tpariã mecum, sed
perpetuã amicitiã statuisse, nõ solũ ea cã tibi me plurimũ debere intelligo, uerum
ẽt recte mihi amicitiã definisse uideris, quæ tẽporaria cum sit, iam amicitia esse non
põt. Illud scito me cã in meor̃ ornamẽtor̃ delectu seposuisse. Quid.n. mihi accede
re põt præclarius, q̃ a tanto uiro nõ laudari solũ sed etiã amari: Hermolaũ nostrum
incredibilẽ doctrinar̃ tranqllitatẽ & studior̃ φιλοπονια cura maxime utilitate eru
ditũ uideo esse summum ac rarũ quiddã quod sperare põt litteræ eo incolume. Ei9
ego cõsuetudinẽ, quã mihi tantope inuides eadẽ penu seruo, qua & amicitiam tuã,
nihil præterea adeo θαυμαστον censeo quod assequi ingenio & eruditione nõ pos-
sis, præsertim q audio te istuc demigrasse, quod
ego cõsiliũ ita laudo ut magis laudare non possim. Nã ουδεν γλυκυτερον η πανεν
δραι ego Politianũ tibi inuideo hoiem fertilissimi & facundissimi ingenii, cuius ru-
sticum nuper legi, uisus est mihi splẽdor ætatis nostræ &
cui ea de me polliceri a te meis uerbis
postulo, quæ ab hoĩe amicissimo expectare possunt. Vtor aũt te internũcio in au-
spicanda mihi cum eo beniuolentia, fretus humanitate tua tamen q των μουσων
κορυφαιοτατω per te qui eruditissimus es me conciliari cõuenit. Vale, & puta ni
hil mihi tuis litteris esse iocundius. plura laxiore ocio scribam ad te Venet. xvii.
Kalen. Ianuari. Mcccclxxxiiii.

Philippus beroaldus Io. Pico Mirandulano. S.

Oenaturus apud Minũ rosciũ qui in studiis litterar̃ est politissimus, & se
c natus nostratis maximũ ornamẽtum, lectitabã plautinas fabulas urbanis
simis salibus scatutiẽtes. cũ mihi litteræ tuæ allatæ fuerunt oppido q̃ litte
ratæ, q̃ tersæ, q̃ emunctæ, statimq; seposito comico lepore, lepidissima tua scripta fe
stinanter legere incæptauimus. Dii boni quantũ in illis uenustatis, quantum erudi
tionis, quantũ maiestatis inesse cognouimus. Magna Io. picũ fama præcesserat, ma
ior inuẽtus est, nihil ptritũ, nihil triuiale resonãt tuæ scriptiones. Res uerbis uerba
rebus adamussim quadrãt, latine loqueris & pure. elocutionẽ uteris splendida atq;
magnifica. Dialecton habes plenã iocunditatis atq; candoris, supellectilem uerbo-
rum optimor̃ copiosissimã, Sentẽtias crebras atq; rotundas, tam luculẽte tam ele-

ganter aĩ sensa depromis,ut uni tibi dii imortales dedisse uideanť qď q̃ paucissimis dederunt uidelicet optima sentire & optima dicere.idq; non minus uersu q̃ ꝓsa oro ne cōplecteris.scribunt Liuius & Homerus prope diuinitus nō oĩa uni deos tribuis se.hinc est q̃ sæpe legimus alios eloquentia præstantes alios eruditione præditos floruisse,paucissimos uero & eloquentes & eruditos simul extitisse.hinc duo roma næ linguæ culmina Terentius Varo&.M.Ci.referunť,a quoꝝ altero rerum,altero uerboꝝ doctrina petebať.alter doctissimus undecūq; a Terentiano,alter eloquen tissimus ab oĩbus nūcupať.Virgiliū ut inqt optime Seneca illa fœlicitas igenii so luta or itione destituit.Cicero carmina scriptitauit nulla uenere nulloq; lepore,mu sis.f.inuitis atq; repugnantibus.Tu uero & doctissimus es & eloquentissimus, Tu ꝓsa polles & uersu,scribis legenda,calles scribenda.Tu musaꝝ alūnus merito po tes nūcupari,q nō ut multi unam alterā ue crateram musicā ebibisti,sed tanq̃ alter Apuleius epotasti crateras oĩs & iprimis illā phiæ limpidā atq; nectaream , quam paucissimi primoribus uix labris attingūt,uixq; a limine salutant. O magna fœcū ditas aĩ.O immortalis ingenii beatissima ubertas,quæ in Pico Mirandulano adhuc puero adhuc phebo tantas uirtutes excudit,tam multiiugas disciplinas infundit,tā tas aĩ dotes inseruit,Qui ætate tyrunculus est eruditione ueteranus.Perge uir do ctissime quo cepisti effice ut crescentibus annis scientia augeať, Ingeniū adolescat memoria fiat uegetior atq; adminiculatior,Qui in iuuenta es nostri sæculi decus& uirtutis exemplum.Qualis es futurus in senecta.Papianus a Spartiano iuris asylū & doctrinæ legalis thesaurus noiatur.Tu a nobis asylum ingenuarum disciplinaꝝ nuncupaberis.Tu nobis quotiens abditum qppiam ĩ lrĩs interioribus occurret the saurus eris,imo ut uerius loquar iā nūc thesaurus es . Oĩa ẽt penitissima in lrĩs tibi sūt ad manū,oĩa præsto occurrunt orbis ille doctrinæ qui laudať a doctis tibi insa mulatu eẽ uř.Tibi græcæ latinæq; lřæ ancillanť.Tibi licet ingeniū nunc hac nunc illa meditatōe uegetare,altera.n.alterius ẽ cōdimētū . Et ut terras uaria ac mutata semina recreāt atq; reficiūt,ita mutatio studioꝝ aĩos refouet ac amœnat. Tibi licet ingeniū dulcioribus poetices studiis exhilarare,si qñ austerioribꝰ phiæ dogmatibꝰ lassescit.Tu deniq; in arce stas atq; fastigio bonaꝝ disciplinaꝝ, cū nos in primo uix cliuo sudemus,Tu gradatoris gradu arctā uirtutis uiā cōscendisti , nos testudineo ac formicinoincessu cōscendere conamur,& in confragosis callibus laboramus sub inde labantes subinde nutabundi ac titubantes.Scribo qď sẽtio,sẽtio qď scribo cala mꝰ cū mẽte cōcordat.Incredibili desiderio afficior te una cū Politiāo uisẽdi,cui desi derio intra paucissimos dies faciā satis.nā Minꝰ rosciꝰq lřatoꝝ oĩum ẽ amātissimꝰ q̃ nos ambos potissimū miro amore ꝓseqť,feriis hisce paschalibus istuc uenturus ẽ ad uota soluenda.Ego hoiem comitabor. Tunc dextrā copulare uicissim licebit , & mutuo colloquio frui.Tūc ego lřator & grāmatista uos lřatissimos adibo alloquar salutabo,tūc ego q hic sapere uideor,istic fortasse musabo.uel tanq̃ anser inter olo res clangore obstrepere ꝑsonabo.Interea uale lraꝝ asylum,meq; mutuo ama,& Po litianū desideratissimum meo noĩe saluta.Bononiæ sexto idus Mar.Mcccclxxxyi.

Bortholomeus Fontius Roberto Saluiato.

Alue,siqdẽ unq̃ summa cū uoluptate Roberte legi Picū tuū ꝓxima nocte legi duabus de causis,& quod a te uiro amicissimo mittebatur & q̃ au ctorẽ operis ꝑ se amarẽ quẽ adhuc nō legisse mihi turpe putabā fore . Ex

&

quo uero tua benignitate qd' maxime optabam sũ cõsequut9. Et tibi ꝑ tali munere ago grãs, & illi uehementer gratulor q tm̃ opus ab oĩ xpianitate concelebrandũ ediderit in quo equidem ambigo magis ne mirer plurimarum maximaꝵq; rerũ inuentionẽ, an in tanta uarietate tam incredibilẽ ordinẽ, an ĩ tã laboriosis descriptõib9 elegãtiã tãtã oĩõis. Nam qd ĩ heptaplo cõmemorẽ quæ maxime opeꝵ auctores cõmẽdãt, nullã eẽ loquacitatẽ nullũ tumorẽ & sine ulla liuoris suspitione modestiam in oĩbus singularẽ, utinã uero huic tuo suauissimo & optatissimo muneri consimile munus reddere potuissem quo cerneres aĩum in te meum significantius. At qd' potui budæ nup orõnẽ a me habitã ad Mathiã coruinũ regẽ iã primũ oĩum ad te misi. Quam tu ipse cũ legeris Pico quoq; tuo legendam dabis. Quem omium ætatis nostræ quorum scripta adhuc uiderim in omni doctrinarum genere pręstantissimũ iudico. Vale & me ut facis mutuo dilige.

Baptista Guarinus doctissimo principi Io. Pico Mirandulæ. S.

n Ondũ cõcedo scd'm te litẽ dari oportere. nam facile possum tuas istas captiones ĩ te αντιστρεφοντα. Si tibi pręceptor sum cur mihi nõ obsequeris? Si nõ sũ cur me præceptorẽ appellas, Neq; iõ nomẽ hoc recuso q te discipulũ spernã quẽ mihi præceptorẽ assero. Sed q tuã doctrinã & ueneror & prędico. In q̃ te neq; ingenium meoꝵ uota neq; transuersi ca'ami signo, neq; minuta cerula, neq; obelisco deniq; aut asterisco tm̃ ꝓmouisse mihi conscius sum. Sed in nouũ quoddã iudicianũ genus ut uideor incidimus, dũ tu mihi eã possessionẽ asserere contendis q̃ ego conor. Quæ unq̃ rhetoꝵ eã huius generis actorẽ aut reum habuit? ego mi Pice nũq̃ in hac pugna tibi herbã porrigã nisi prius bona cũ grã cõpo suerimus ut qñ aliter nõ succũbis uterq; nr̃m alteri præceptor pariter & discipul9 nũcupet. Sed obmissis iocis seria agamus, & heptapl9 tua & tu ipse tibi merito placere potes. Cum oĩa doctoꝵ hoĩum puncta ita sis assequutus ut ne in tabella quidẽ latebra liuor ullus appareat. Idẽ in reliqs scriptis facilius tibi datũ iri sperãdũ ẽ cũ ul9 ẽt accesserit q solet in scribendo magister hẽri optim9. qd' ad me attinet gaudeo uehemẽter laudato uiro & ab oĩbus ac ubiq; laudãdo Laurẽtio me in ore esse. Addito præsertim Politiani calculo, Cuius ego copiosã & archanã mulplicis disciplinæ lectionẽ ita amplector ut admiror ita admiror ut cõmendare non desinã, Quo fit ut extra doctrinæ aleã me ab illo poni triumphi instar existimẽ. qd' libroꝵ meoꝵ indicẽ petis id mihi laboriosũ ẽ & inutile satis erit si ꝓ tpre postulatis meis inseruies. Nũc Martianũ capellã & senecæ qõnes naturales, opto si mõ emaculati sint codices, nã q apud nos sunt opa sybillæ indigẽt, eos si ipressos emere possim gratius mihi erit. sin minus non longo postliminio tuĩ ad te redibũt. Vale spes mea & bonaꝵ disciplinaꝵ meq; amare perge. Ferrariæ nonis Decembris. Mcccclxxxviiii.

Ex Epistola Hermolai ad Io. Picum.

q Vãq̃ has ipse epistolas tuas amo q fluunt q affectatę non sunt q curã nõ dico nõ norũt, sed respuũt, hoc ẽ de cõposito nõ recipiũt & accedentẽ inferriq; cupiẽtẽ excludũt, ita ut diligẽtiæ qdẽ sint penitus ĩ iis uestigia sed repressæ quodãmõ & repudiatæ, nõ sũ tã solers ut introspicere possim igenium tuũ, extimareq; magnitudinẽ ei9 atq; fœcunditatẽ Illud uidere uideor, nec fortasse fallor quo dirigas colliniesq;, itẽ quo euasurus sis & qdẽ paulo·mox. idole ista tua nihil est liberalius, nihil risibilius, & semel dicatur uel duriuscule nihil expromit

tentius, si mō indoles appellanda est. quæ fructus ediderit ne maturis q̄dē ætatib9 & doctrinæ q̄uis exercitatæ despiciēdos. Age quātus ut audio in poeticā, sp̄ūs, quæ fœlicitas, q nerui, q̄nta demū in omni uel præcipue lr̄aꝝ actu nobilitas atq; splēdor Quid cū agis ph̄m, quæ memoria quanta subtilitas, quæ celeritas ai cum totius corpis uigore cōsentiens, sed rapior tñ in laudes tuas ingratis, imo uero perlubēs id .n. qsq; uult maxime, qd' inuitum & reluctātē quoq; ui cōuertit ad se. Dabit', si mō is tibi ābitus laudari a paꝝ doctis. Dabit' ꝑfecto tp̄s acōmodatū magis ad hoc offi cii. Nūc uenio ad id & reliq. Ex epistola Hermolai ad Io. Picum.

g Ratulatus sum huic seculo uiꝝ tāta doctrina ut nihil fere nesciat, tāta cu ra ut nihil omnino scire uideat'. Video te poetā egregiū, oratorē eminētis simū uel eē iā uel breui fore. Animaduerto te ph̄m prius Aristotelicum nunc ēt Platonicū eē fcm̄. Video lr̄as græcas, quæ in te sol æ desiderari poterant & sine qbus nihil eras facturus, nō didicisse mō, sed hausisse, idq; facilitate tanta cele ritateq; ut litteras græcas ignorasse aliqñ te, neq; tu memineris neq; psuadere pos sis alios, id qd' de Hieronymo donato meo non plus libēter q̄ uere prædico. Horta rer te & reliqua, Ex epistola Iacobi antiquarii ad Angelū politianū

n Oli igitur longi incubatus fœtura nos in expectatione macerare, sed ac cepto in tui nominis securitatem sponsore Pico, cuius tota uita gloriarū plena est, a quo ī amicorum gregem pro te receptum iri oibus uotis ex peto, cuius uestigia semper adoro, quicquid ex altilium cohorte domi nasci' spectā dum, legendum, ediscendum emitas detenturus eos omnis in fidibus tuis, qui ali quo uirtutum simulacro aut harmonia ducuntur. Vale.

Angelus Politianus Ioanni Pico Mirandulæ suo. S.

a Rsi pene semper (nimis improbe forsitan) sed arsi tamen semper studio famæ perpetuæ, sic ut pro nihilo superstite gloria conferretur. Sed quo niam quæ scribebam uix etiam uetustatem nominis pollicebantur, exti tisti tu Pice qui quod ego non poteram præstiteris dedicato scilicet commentario de uno & ente (sic enim titulum facis) in quo riuos per lyceum decurrentes & aca demiam reuocas ad unum caput. & cū philosophia magis una quam gemina no stram quoq; theologiam copulas Quod igitur iam glauci gramen requiram uictu rus æternum per te? sed & tecum narrabit autem quandoq; posteritas, fuisse olim Politianum quendam quem tanti fecerit ipse quoq; Picus omnium doctrinarum lux, ut ne librum quidem nuncupare illi pulcherrimum de rebus altissimis dubita uerit. ago itaq; tibi gratias pro immortalitate, sed immortales. Vale.

Marsilius Ficinus Florentinus Germano de Ganai Parisii præsidenti. S. D.

c Ertior esse uis de obitu Pici Mirandulæ, tibi ut uidetur adhuc incerto: grauius certe dolere uis germane. Nam cū grauiter hactenus hoc ambi guo dāno doleas. Certior ꝑfecto factus grauissime mox ut puto dolebis Præstabat forsan dubia quadā iactura mœrere, q̄ cruciari certa. Heu qd rogas desi deratissime mi germane. Ambiguus equidem adhuc eē malim, Nec sine lachrimis impræsentia possum te reddeř certiorē. Superiore nouembre quo die Carolus rex francoꝝ magnus urbem nr̄am Florentiam est ingressus, Noster Mirandula nos de seruit, tanto ferme dolore litteratos afficiens, quanto rex interim gaudio ciuitatem ita prouidus loci genius & populi gaudio litteratorum gemitum compensauit, &

Quo tp̄e obiuit picus mirandula ꝑ ubi.

pro extincto phico lumine regium itereã lumen accẽdit. Ne forsan obscurior eo die Florentia uideret. Mirandulanũ lumen extinctum inq̃ terris, cælo redditum. Ea. n. Picus hilaris securitate ex hac umbra uitæ migrauit, ut ab exilio quodam in cælestem patriam uideret ꝑculdubio rediturus. Desideras præterea scire quæ pic9 olĩ cõposuerit, uel quæ mõ cõponeret, Exameron Apologiãq; ac de uno & ente cõscripsit, epistolasq; nõnullas. Q uicqd de amore olim feruẽte adhuc adolescentia cõposuerat, iudicio deinde maturiore damnauit, uoluitq; penitus aboleri, nec sine illius I iuria edi põt. Noui eqdem ultimã pii hois uoluntatẽ. Nam & ætate mihi filius Picus erat & familiaritate f ater, & amore ꝓrsus alter ego. Moliebatur quottidie tria, cõcordiam Aristotelis cum Platõe, Enarratiões in eloquia sacra, Confutatões astrologorum. oĩa qdem tam facunde q̃ subtiliter disputata. Sed q̃ stilo luculenta, tã noium obscurisq; characteribus adumbrata, ut uix ab eo legi possent. Itaq; nec dum ab soluta ab eodẽ uel recognita sunt, nec ab aliis, nisi forte uaticinent, exscribi pñt. Nã si forte possent, nec adeo desideraremus Picũ nr̃m, uelut absentem, nec usq; suspicaremur extinctũ, Sed pius nepos eius Ioães Franciscus lr̃is & ingenio polens e tenebris in lucẽ eruere quottidie studet, uitamq; patrui & gesta describit. Accipe deniq; hoc in eum epigramma nr̃m. Antistites secretiora mysteria raro admodum cõcedunt oculis statimq; recõdunt, ita deus mortalibus diuinum phũm Ioannẽ Picum mirandulã trigesimo ætatis anno maturum. Vt aũt tibi nota sit reliqua lr̃arum iactura hoc autũno Florẽtiæ facta. Angelus Politianus noster latina græcaq; lingua doctissimus, septembre ꝓximo ante Pici obitum migrauit e uita quadragesimo ætatis anno, ediderat iãdiu miscellanea & siluas & declamationes quasdam, epistolasq; nõnullas acute quidẽ omnia eleganterq; cõposita. Multa quoq; quottidie ad elegãtiam necessaria incertis sicut Picus characteribus annotabat, ut in utroq; grauior lr̃arum iactura cõtigerit. Die. xxiii. Martii. Mcccclxxxxiiii.

Marsilius Ficinus Florẽtinus Ioãni Frãcisco Mirãdulæ Cõcordiæ comiti. S. D.

Epistolã de obitu laudibusq; Pici breuẽ misi I galliã post discessũ tuũ. Lõgas aũt singularesq; Pici laudes e multis iandiu scriptis meis passim colligere licet, ex libris epistolarũ præsertim posterioribus. Sũt. n. duodeci iã ĩpressi, ex ꝓœmio in Plotinũ, ex libro de sole, ex cõmẽtariis ĩn Timæũ atq; ꝓmenidem, epitaphiũ ĩ eũ accipe. Antistites secretiora mysteria raro admodũ cõcedũt oculis, statimq; recõdũt. Ita deus mortalibus diuinũ phm̃ Ioãnẽ Picũ Mirandulã trigesimo ætatis anno maturum. Hucusq; sit epitaphiũ. Deus oĩa Ioãni Pico, aĩ corporisq; fortunæ bona cumulatissima dedisse uidet. Si mõ lõgius uitæ spacium cõcessisset. Sed neq; in hoc fas est ꝓuidẽtia incusare. Nam si deus illum breuissimo tpe supra naturæ uires ꝑduxerat iam ad summũ, ad melius ꝓgredi forte nõ poterat. In eodẽ uero cõsistere mobilitas naturæ nõ patit, Ad deteri9 uero relabi uirtus cõsumata nõ tolleret. Sed hæc cęteraq; id genus ipse in uita Pici melius latiusq; scripsisti nĩ tã ut illustrares ipm̃, Q uis. n. adiderit soli lumẽ? q̃ ut oculta qdẽ illius opera sed luce dignissima discussis nubibus serenares. Tuã igr̃ i patruum tantum pietatem & mortales mirifice cõmendabũt. Et deus nõ mediocribus dignã præmiis iudicabit.

Die primo nouembris. Mcccclxxxxv.

Duodecim regulæ Ioannis Pici Mirandulæ partim excitantes partim dirigentes homines in spirituali pugna.

Prima regula,si homini uidetur dura uia uirtutis,quia continue oportet nos pugnare aduersus carnem,& diabolum,& mundum, Recordetur quod quacunque elegerit uitam etiam secundum mundum multa illi aduersa,tristitia,incommoda,laboriosa patienda sunt.

Secunda regula recordetur quod in rebus mundi diutius pugnatur,& laboriosius & infructuosius,in quibus labor est finis laboris,& tandem poena aeterna.

Tertia regula recordetur stultum esse credere ad caelum posse peruenire nisi per huiusmodi pugnam,sicut & caput nostrum christus non ascendit in caelum nisi per crucem,nec debet serui conditio melior esse conditione domini.

Quarta regula recordetur non solum esse aegreferendam hanc pugnam, sed optandam etiam si nullum inde nobis praemium peruenire, solum ut confirmemur christo deo & domino nostro,& quotiens resistendo alicui tentationi,alicui ex sensibus tuis uim facis cogita cuinam partem crucis christi conformis reddaris,ut quando gulae resistens gustum affligis.recordare illum felle potatum & aceto. Quando manus retrahis a rapina alicuius rei quae tibi placet cogita manus illius pro te ligno crucis affixas,& si resistis superbiae recordare illum qui cum in forma dei esset pro te formam serui accepisse & humiliatum usque ad mortem crucis,& cum de ira tentaris recordare illum qui deus erat & omnium hominum iustissimus cum se tamen uideret quasi latronem & illudi,& conspui,& flagellari,& obprobriis omnibus affici, & cum latronibus deputari,nullum tamen unquam aut irae aut indignationis signum ostendit,sed patientissime omnia ferens omnibus mansuetissime respondebat, & sic discurrendo per singula inuenias nullam esse passionem quae te christo aliqua ex parte conformem non efficiat.

Quinta regula,quod in illis duodecim armis nec in quocunque alio humano remedio confidas,sed in sola uirtute Iesu christi qui dixit confidite ego uici mundum,& alibi,Princeps mundi huius eiicitur foras,quare & nos sola eius uirtute confidamus & mundum posse uincere,& Diabolum superare. Et ideo debemus semper petere eius auxilium per orationem & sanctorum suorum.

Sexta regula,recordare cum unam uicisti tentationem semper aliam esse expectandam,quia Diabolus semper circuit quem deuoret,quare oportet semper seruire in timore & dicere cum propheta super custodiam meam stabo.

Septima regula,ut non solum non uincaris a Diabolo quum te tentat.Sed ut uincas ipsum,& hoc est quando non solum non peccas,sed ex ea re unde te tentauerat occasionem sumis alicuius boni,ut si opus suum bonum aliquod tibi offert, ut inde in uanam gloriam incidas,tu illud statim non ut opus tuum, sed ut beneficium dei cogitans humilias te & iudicas parum gratum te esse deo de beneficiis eius.

Octaua regula,ut quum pugnas,pugnes quasi uincendo deinde perpetuam pacem habiturus,quia forte hoc tibi dabit deus ex gratia sua,& Diabolus amplius non redibit confusus de tua uictoria,sed quum uicisti geras te quasi mox pugnaturus ut in pugna semper uictoriae,& in uictoria semper sis memor pugnae.

Nona regula,ut quamuis te sentias undique benemunitum & paratum,semper tamen fugias occasiones peccandi,quia ut dicit sapiens qui amat periculum peribit in illo.

Decima regula,ut in tentationibus semper in principio occurras & allidas paruulos babylonis ad petram.Petra autem est christus,quia sero medicina paratur,

Vndecima regula,recordare ꝗ licet in ipso conflictu tentationis amara uideať pugna,tamen longe dulcius est uincere tentationem ꝗ̃ ire ad pctm̃ ad qd̃ te inclina & in hoc multi decipiuntur,quia non comparant dulcedinem uictoriæ dulcedini peccati.Sed comparãt pugnam uoluptati,& tñ hõ qui milies expertus ẽ quid sit ce dere tentationi deberet semel saltem experiri quid sit uincere tentationem.

Duodecima regula,ꝑpterea ꝗ tentaris ne credas te adeo derelictũ,aut deo paꝝ gratũ eẽ-aut paꝝ iustũ & ꝑfectũ,memor sis ꝗ postꝗ̃ Paulus uidit diuinam eẽntiã patiebatur tentationem carnis,qua permittebat deus eũ tentari,ne de superbia tẽtaretur,in quo etiam homo debet aduertere ꝗ Paulus qui erat uas electionis & raptus usq; ad tertium cælum,tamen erat in periculo ne de suis uirtutib9 superbiret. sicut ipse dicit de se ne magnitudo reuallationũ extolleret me datur est mihi stimulus carnis meæ qui me collaphizet.Q uare sup omnes tentationes homo debet maxime se munire contra tentationem supbiæ,qa radix oĩum maloꝝ supbia est , cõtra qd̃ unicum remedium ẽ cogitare semp ꝗ deus se humiliauit pro nobis usq; ad crucem,& mors nos uel inuitos eousq; nos humiliabit-ut simus esca uermium.

Duodecim arma spiritualis pugnæ quæ in promptu haberi debent cum peccandi libido mentem subdit.

Voluptas breuis & exigua
Comites fastidium & anxietas.
Iactura maioris boni.
Vita somnus & umbra.
Mors instans & improuisa.
Suspitio impœnitentiæ.
Aeternum præmiũ,æterna pena.
Hominis dignitas & natura.
Pax bonæ mentis.
Dei beneficia.
Crux christi.
Testimõia martyꝝ & exẽpla sctõꝝ

Duodecim conditiones amantis.

Amare unum tantum & contemnere omnia pro eo.
Infœlicem putare eum qui non est cum amato,
Omnia pati-ut cum illo sit etiam mortem.
Ornare se ut illi placeat.
Esse cum illo quomodo potest,& si non re saltem cogitatione.
Amare omnia quæ ad eum attinent,amicos omnes,domus,uestes,imagines,
Cupere laudes nec posse pati aliquam eius ignominiam.
De eo credere omnia summa-idemq; cupere ut omnes credant.
Optare etiam pro eo pati aliquod incommodum & dulce esse illud incommodum
Flere cum eo sæpe-uel si absens ex dolore,uel si præsens ex lætitia.
Semper languere semper ardere eius desiderio.
Seruire illi nihil cogitando de premio aut mercede. Solemus autem ad hoc induci præcipue ex tribus causis.Prima est qñ seruitiũ ipsum per se est appetibile. Secunda quando ille cui seruimus est in se ualde bonus & amabilis,Sicut solemus dicere seruimus illi propter suas uirtutes. Tertia est qñ ille prius ꝗ̃ inciperes multa tibi beneficia contulit,& hæc tria sunt in deo,quia pro seruitio eius nihil nouiter accipitur quod non sit nobis bonum,& quo ad animam & quo ad corpus,quia seruiť ei ñ ẽ aliud ꝗ̃ tẽdeť ad eum,hoc ẽ ad summum bonum.Similiter ipse ẽ optimus & pulcherrimus & sapiẽtissimus,& hẽt oẽs conditiones quæ solẽt nos moueť ad amandum aliquẽ & seruiẽdum ei gratis , & in nos contulit summa bñficia cum nos-& ex nihilo creauerit,& per sanguinẽ filii sui ab inferno redemerit.

CONserua me domine.

Siquis perfectus uult recognoscere statum suum,unũ habet periculum ne de sua uirtute superbiat.Ideo Dauid loquẽs in persona iusti de statu icipit ab hoc uerbo, conserua me,quod recte consideratum oẽm amouet occasionem superbię,nam qui potest aliquid ex se acquirere potest & illud ex se sibi conseruare.Qui ergo petit a deo conseruari in statu uirtutis significat per hoc q nec a principio ipsam uirtutem ex se acquisiuit,qui autẽ recordat̃ uirtutem se cõsecutũ,nõ uirtute propria,sed uirtute dei nõ põt de ea superbire,sed magis humiliari coram deo iuxta illud Aposto. Quid hẽs q nõ accepisti?& si accepisti qd gloriaris?qsi non acceperis,duo sunt ergo uerba quæ sp hr̃e debemus in ore,alterũ.s.miserere mei deꝰ cũ scilicet recordamur peccatorum.Alterũ est.Cõserua me deus.s.cũ recordamur uirtutũ.

QVONIAM speraui in te.

Hæc una res est quæ facit nos a deo impetrare quod petimus,quum.s. nos impetraturos speramus.Et si duas has conditiones obseruabimus,ut nunq̃ petamus a deo nisi ea quæ nobis sunt salutaria,& ut id quod petimus ardenter petamus cum firma spe q deus nos exaudiat,nunq̃ erunt irritæ orationes nostræ.Quum igit̃ non impetramus est aut q illud nobis est noxium,nescimus enim quid petamus,ut inquit Christus & Iesus dixit quicquid petieritis in nomine meo dabitur uobis hoc enim nomen Iesus saluatorẽ significat,& ideo nihil petitur in nomine iesu,nisi quod est ad salutem ipsi petẽti.Aut non exaudit,quia si bona petimus,non.n.bene petimus hoc est cum parua spe,qui autẽ timide sperat,frigide petit,ideo dicebat Iacobus,postulet autẽ in fide nihil hæsitans.

DIXI domino deus meus es tu

Postquã muniuit se contra superbiam incipit describere statum suum.Totus autẽ status iusti consistit in hoc uerbo,Dixi domino deus meus es tu,Quod uerbum licet uideatur fere omnibus cõmune,pauci tamen sunt qui illud possint uere dicere, Illud enim quis habet pro deo quod habet pro summo bono,& illud habemus pro summo bono,quo solo habito si cætera desint putamꝰ nos esse fœlices,& qd unum si desit etiam si habeamus omnia alia bona putamꝰ nos eẽ miseros.dicit igitur auarus pecuniæ,Deus meus es tu,quia etiam si ei desint honor & sanitas, & uirtus,& amici,modo pecuniam habeat contẽtus est.Et si habeat omnia illa bona quæ diximus & pecunia desit,putat se esse infœlicem.Gulosus item crapulæ,& incontinens libidini,& ambitiosus imperio siue gloriæ dicit,Deus,meus es tu.Vide igitur q̃ pauci possint dicere.Dixi domino deus meus es tu,quia ille solus hoc potest cui solus deus sufficit,ita ut si ei proponant̃ omnia regna mundi & cælestia omnia,& terrena bona,non tamen ut illa consequeretur uel semel deum offenderet,in hoc igit̃ dicto consistit totus status hominis iusti.

QVONIAM bonorum meorum non eges.

Reddit rationem propositi sui,quare.s.soli domino dicat,Deus meus es tu. Ratio autem quoniam solus deus bonis nostris non eget,nulla enim creatura ẽ quæ non indigeat aliis creaturis q̃ ea imperfectioribus ut probãt philosophi & theologi, qa si ille nõ essent,ista non essent,quia destructa una parte uniuersi destruitur totum uniuersum,destructo autem destruuntur omnes partes,omnes autem creaturæ sũt partes unius uniuersi,cuius uniuersi ipse deus non pars est,sed principium nihil ab

eo dependens nihil enim acquisiuit deus ex hoc ꝙ creauit mundum, & nihil perderet si totus mundus annihilaretur. Solus ergo deus bonorum nostrorum non eget Debemus autem erubescere illum habere pro deo qui bonis indiget nostris, qualis est omnis creatura. Præterea nō debemus habere pro deo, hoc est pro summo bono nisi illud in quo est sūmum bonum, in nulla autem creatura est omne bonum. Soli igitur domino debemus dicere. Deus meus es tu.

SANCTIS qui sunt in terra eius.

Post deum maxime debemus amare illos qui sunt deo maxime coniuncti, quales sunt angeli & beati in pria, ideo postq̄ dixit dño. Deus meus es tu. subdit ꝙ deus,

MIrificauit uoluntates suas.

Hoc est mirabiles fecit amores eius & desideria eius erga sanctos qui sunt in terra eius, hoc est in cælesti patria quæ dicitur terra dei & terra uiuentium, & uere si cōsideremus quāta sit illius patriæ fœlicitas, quantaq; huius mundi miseria, quāta ciuium illorum bonitas & claritas desiderabimus semper hinc discedere ut illic habitemus. Hæc autē & similia cum meditamur illud semper curare debemus ne infructuosæ sint meditationes nostræ. Sed ex qualibet meditatione aliquā semper acquirere uirtutem debemus, ut ex hoc uidelicet de bonitate illius patriæ superioris debemus acquirere uirtutem hanc ut mortē non solum fortiter feramus & patienter cū uenerit hora nostra, aut si pro fide christi nobis obeunda sit. Sed ultro etiā eam appetamus cupiētes. s. ex hac ualle miseriaꝝ discedere ut in illa fœlici patria cū deo & sanctis eius regnemus. Cū ergo iustus descripsit statū suū qui totus ast in effectu erga deū & diuina despicitq; ex alto statum boīum maloꝝ, & dicit.

MVLTiplicatæ sunt infirmitates eoꝝ.

Per infirmitates autē intelligit idola, & ita habet textus hebræus, sicut. n. bon9 unū habet deū quē colit, ita mali multos habent deos & idola: quia multas. s. uoluptates, multa desideria uana, passiones diuersas quibus seruiunt, ideo autē multas quærunt uoluptates, qa nullā inueniūt quæ eos quietet, & ideo in circuitu imperii ambulant, & subdit postea aclamauerunt, quia. s. post sua desideria præcipites ruūt & inconsiderate, unde edocemur ut non minus ipsi celeriter curremus ad uirtutes q̄ ipsi currāt ad uitium, nec domino nostro minus diligenter ipsi seruiamus q̄ ipsi seruiant dño suo Diabolo. Iustus aūt considerans statum malorū proponit firmiter sicut & nos semper debemus facere, nullo modo uelle eos sequi. & dicit.

NON cōgregabo cōuenticulā eoꝝ de sanguinibus, nec memor ero nominum. Dicit aūt de sanguinibus, tum quia idolatræ solebant collecto sanguine uictimarū circa eū suas agere cerimonias, tum quia tota uita malorū relicta ratione sensualitatem sequitur quæ in sanguine sita est. Dixit autē ꝙ non solū uult sacrificare idolis, sed nec nominare ea, quod tantū dici & fieri potest ostendens per hoc ꝙ non solū homo perfectus debet abstinere ab illicitis uoluptatib9 sed etiam a licitis ut magis totus ferat̄ in cælū, & contemplationi diuinorū puri9 uacet, & quia aliquis posset credere ꝙ esset stultitia priuare se omni uoluptate subdit.

DOMInus pars hæreditatis meæ.

Quasi dicat non mireris si omnia alia relinquo, ut deum possideam in quo etiam alia deniq; bona possidentur, debet hæc esse uox cuiuslibet boni christiani, Dominus pars hereditatis meæ, quia nos christiani quibus deus ipse pro hæreditate pro

mittitur,debemus erubescere aliquid prçter ipsum desiderare,& quia posset uideri alicui præsumptio audere hæc sibi promittere,idem subdit.

TV es qui restituis hæreditatem meam mihi.

Quasi dicat domie deus meus bene scio ꝙ cum nihil sim respectu tui uiribus meis non possum ascendere ad te possidendum.Sed tu es qui trahes me ad te per gratiā tuā,& tu es qui te ipsum dabis mihi possidendum,consideret deinde iustus quanta sit hæc fœlicitas ut ei deus pro hæreditate contigerit,subdit.

FVnes ceciderunt mihi in præclaris.

Partes enim & sortes antiquitus per funes diuidebantur,& quoniam multi sunt q licet ad hanc fœlicitatem sint uocati sicut sunt omnes christiani,ipsam tamen nihil faciunt,utpote pro leui sæpe uoluptate cōmutant,ideo subdit.

HAEreditas mea præclara est mihi.

Quasi dicat sicut ipsa est præclata,ita ego eam præclaram reputo,& omnia alia respectu eius,ut dicebat Paulus,sicut stercora reputo,quoniam autem habere hoc lumen intellectus,ut homo cognoscat fœlicitatem sibi adeo datam donum dei,& ideo subdit.

BEnedicam dominum qui tribuit intellectum.

Quoniam aūt sæpe homo iudicat secundū rationē seruire deo,sensualitas autem & caro repugnār,tunc aūt hō pfectus est,ut nō solū aīa eius sed & caro in deū feruntur,iuxta illud,Cor meū & caro mea exultauerunt in deum uiuum,ideo subdit.

ET usq ad noctem increpuerunt me renes mei.

Idest renes ipsi in quibus maxima solet esse inclinatio ad cōcupiscentiā nō solum īclinant me ad malū,sed potius increpant,hoc est retrahunt etiā usq ad noctē idest eousq ut etiā ipsi ultro ꝓprium corpus affligant Afflictio enim sæpe per noctem solet designari,ostendit deinde quæ sit radix tantæ priuationis,& dicit.

PROuidebā deū semper in cōspectu meo.

Nā si quis deū semper haberet ante oculos pro regula omniū operationū suarū,& in omnibus operationibus suis,nec propriam utilitatem,nec gloriam,nec uoluptatem quæreret,sed solū ut deo placeret breui perfectus euaderet,& qa qui ita agit semper in omnibus prosperatur,ideo dicit.

IPSE a dextris est mihi ne cōmouear

Ostendit deinde quanta sit fœlicitas iusti uiri,quia.s.erit in æternum fœlix & ī anima & in corpore,ideo subdit ꝑpter hæc.

LAEtandum est cor meuꝫ.

Idest anima mea læta est sciens post mortem sibi cælum esse paratum.

ET caro mea requiescet in spe.

Idest quāuis ipsa nō lætetur,quasi acceptura statim post mortem statum suum,requiescit tamen in sepultura cum hac spe ꝙ resurget in die iudicii cum anima sua inmortalis & splendidissima.& hoc totum declarat in sequenti uersiculo,nam quia dixerat ꝙ anima lætabatur,subdit rationem.

QVIA non derelinquet animam in inferno.

Et quia dixerat ꝙ caro requiescebat in spe,subdit rationem dicens.

NEC dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Quia siue & ꝙ fuit corruptibile resurget īcorruptibile,& qa Christus fuit primus

qui intrauit paradisum,& nobis uitã aperuit,& fuit primus qui resurrexit,& resurrectio eius est cã nostræ resurrectionis,ideo ista quæ diximus de resurrectiõe principaliter de christi intelliguntur,sicut declarauit Petrus apostolus,& secundario intelligi possunt de nobis inquantum sumus membra christi,qui solus non uidit corruptionem,quia corpus eius in sepulchro putrefactum non fuit,quoniam igitur uia beneuiuendi ducit nos ad perpetuam uitam animæ & corporis,ideo subdit.

NOTAS mihi fecisti uias uitæ.

Et quia tota felicitas huius uitæ consistit in apta uisione & fruitione dei,iõ subdit.

ADimplebis me lætitia cum uultu tuo.

Et quia fœlicitas in æternum durabit,ideo subdit.

DElectationes in dextera tua usq; in finem.

Dicit autem in dextera tua,quia fœlicitas nostra completur in uisione & fruitione humanitatis christi qui sedet in dextera maiestatis in excelsis,iuxta illud Ioannis. Hæc est tota merces ut uideamus deum & quem misisti iesum christum. Finis.

Mattheus Bossus canonicus regularis uir doctus & eloquens in procemio suarum recuperationũ fesulanarũ de quodã suo dialogo prius edito uerba faciens ad Io. medicem Cardinalem sanctæ romanæ ecclesiæ.ita inquit cum eodẽ ipso Politiano nec inuitus legit semel & pluries ad calcem usq; isignis & clarissimus Ioan.mirandula cuius ingenium super humana oiphariamq; doctrinã oẽs obstupescũt,& a cuius integritate animiq; nitore omnis abest halucinatio palpansq; consensio.

Ex epistola Angeli politiani ad picum qua defendit locos ab Hermolao damnatos in suis cõmentationibus.

Q uo circa tu mihi nũc adeundus mi pice doctiorũ oium doctissimus nõ quidem ut iudex sed arbiter honorarius,q uidelicet iter amicos disceptãtes litẽ dirimas.

Baccius Vgolinus Roberto saluiato S.

Erito te Roberte docti diligũt quos miro quodã ardore coluisti semp,& m studiosi oẽs amãt,quos nõ modo opera sed & impẽsa iuuas,ut cõmodius proficiant,ego uero & si nec doctis,nec studiosis quidẽ annumerandus plurimum tamẽ tibi debere me fateor,q per te nobis uel remotioribus copia facta sit diuini admodum operis editi nuper a pico mirandula uiro sane præ omnibus, qui sint quiq; fuerint admirãdo.quem recte nõ iam picũ,sed suã uocat phœnicem in sacra medicũ lauro nidificantẽ Politianus meus,aliud ætatis nostræ miraculũ. Illius tu librum de septiformi sex dierum geneseos enarratione ueræ phiæ & christianæ religionis augumentũ magno Laurentio medici patrono meo dicatũ cum diligentissime imprimendum tum ad loca diuersa,ac distantia transmittendum,& pluri mis eius lectiõis pcupidis uel gratis habendum curasti.Q uos inter & mihi contigit,per Victorium caianum tuum hominem,multi ioci,multaq; suauitate aspersũ, & salibus optato hoc munere potiri,hoc tuum in uiros claros studium,hanc in omnes uirtutis amatores officiosam liberalitatem,qui nõ laudet & gratiore affectu psequatur.Is ab omni humanitate discors,& a litterarum cõsuetudine alienus pcul dubio est habendus,nõ enim publicæ utilitati cõsuli amantius,rectius celeriusue potuit.Q uare hoc apprime tibi esse exploratum uelim,haud tenui mercede sumpsisse te huiusmodi prouinciam,cum inde & bonorum gratiam,& non mediocrem gloriam sis consequutus. Vale Neapoli.vii.Kalen.aprilis.Mcccclxxxx.

Iunianus maius Roberto saluiato. S.D.

Qvod Ioannis Pici mirandulæ diuinū opus, nō minori cura imprimendu3 curasti, q̄ ille cōfecit & tuæ plurimū gratiaꝝ diligētiæ, & illius diuiæ doctrinæ habendū puto. Tibi q tam sublime opus inter tenebraꝝ obliuia delitescere passus nō sis, q una opa & amici ppetuati, & cōi oīum utilitati consuluisti. Illi aūt q neq; priscoꝝ uirorū auctoritate uel sanctitate, qui hæc eadē enarrarūt deterritus neq; alioꝝ insectatus uestigia suo quodam lumine, illa eadem collustrauit. Nam cū primū tam reconditū, & a multoꝝ cognitione remotū opus ad meas puenit manus, diligētius id legere cepi. quod non modo cum admiratiōe attulit uoluptatē, uerū etiā & eo sublimitatis contēplantē euexit aīum, ut neq; admirabilius neq; enucleatius qd unq̄ uiderim, aut audiuerim. Q uippe cuius īgeniū supra cæteroꝝ acumina præstat, sciaꝝ indaginē incredibilē callet, & rerū oīum cognitionem supra q̄ credibile sit iā hēt. Illac præsertim ætate qua paululū pubertatē egressus, tantā reꝝ notitiā adeptus est, quātā etiā doctissimis & ætate puectis attingere nō licuit. Q uapp oīum bonaꝝ artiū, atq; sciaꝝ sacrū domiciliū, & nostri sæculi miraculū noiare uerebor nūq̄ præsertim cū opis recōditos sensus a paucis hoībus excogitatos rerū progressus naturæ & dei patefacta latibula & tandē sūmi opificis arcanas opes iam in ꝑpatulū editas accuratius lego, quo qd admirabilius unq̄ audiuerim ignoro, aut qd altius legerim nescio. Cum phōs inter & Mosen, qui diuerso inter se itinere rerū opificiū contexebant iā pacē initā & naturæ & dei quædā coniuncta fœdera sine cōtrouersia cōprehendant, sed hoc altius repetendū, atq; uerbosius explicandū in aliud tēpus reseruo. Venio ad te mi Roberte uir quidē egregie, quē ex tuis scriptis unice diligo, quæ quāuis paucula sint, tamen tale tuæ uirtutis specimen ostendūt, ut non minorē prouenturā ingenii frugē: q̄ gratiorē nūc flosculorum spem offerūt, polliceant. Sic itaq; tuū scito Iunianum & si qua deinceps de tuis ad me scriptis dederis: nō minus tuaꝝ rerum præconē, q̄ ob id ipsum tui amatorē scias. Victorius itaq; tuū prædicat ingenii præstantiā, tuāq; haꝝ litterarū erudītā humanitatē: ut eadem cupere prouocer & prædicare. Vnū tamē rogo ut quē Victorius blandis hortationibus ad amandum inuitauit, tu tua humanitate quā profiteris & amplecteris, prosequi non desistas. Q uo circa meā excitabis desidiā, ut sæpiꝰ ad te scribā, modo nostra nō asperneris. & si ex uerbis nostri uictorii meam nō post habeas amiciciam necessitudinis uinculo ad te omni officio prosequendū prouocabis. Nihil est enim quod malim q̄ cū ingenuis & doctis uiris mutuo amore & litterarum mutatōe concertare. Tuū Mirandulā, quē humanitatis columen prædicas & ipse naturæ delicias appellare audeo, mihi a se amari cupiēti amicum reddas, & saluum ex me dicas. Vale Neapoli. pridie no. Iunii. Mccccl xxxx.

Ex Miscelaneorum Angeli politiani procemio

